



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Tractatus De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distributus**

**Antonelli, Giovanni Carlo**

**Velitris, 1650**

Liber Primus. De Cultu, Et Privilegiis Ecclesiarum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11401**



# IO. CAROLI ANTONELLI

SAC. THEOL. AC I. V. D. VELITERNI.

## LIBER PRIMVS

DE CVLTV, ET PRIVILEGIIS ECCLESIAE RV. M.



**V**M Episcopus non solum ea, quae fori externi, sed etiam quae interni sunt, cognoscat *cap. Cleros 21. dist. cap. noui. de iudic.* ideo nos hunc ordinem sequentes, de ijs primum, quae ad externum forum, deinde, quae ad internum spectant, Deo adiuuante dilucide, ac breuiter agemus. Quia verò hic tractatus plenus est tam canonicis, quam civilibus legibus, operae pretium est, aliquid de earum efficacia praemittere, ut vnico intuitu quisque sciat, quas, & quales leges seruare debeat, quo casu ab illis immunis sit, & quando à culpa etiam excusetur.

### S V M M A R I V M.

- 1 **P**ROSSUNT auctoritate humana Ecclesiastica condere leges, quae obligent in conscientia.
- 2 Leges humanae si iusta sint, deriuantur à lege diuina, & aeterna.
- 3 Leges iniustae non obligant.
- 4 Non omnes leges obligant sub mortali, sed tantum illa, quarum Auctores intendunt sub mortali obligare.
- 5 An in dubio leges obligent sub mortali.
- 6 An Praelatus imponens aliquam poenam temporalem, praesumatur excludere spiritualem.
- 7 Solent legislatores Ecclesiastici comminari spiritualem poenam quando in Conscientia volunt obligare.
- 8 Quando lex imponit grauem poenam, grauis etiam censenda est culpa.

- 9 Nemo tenetur ante sententiam declaratoriam soluere poenam etiam ipso facto latam.
- 10 Fallit in poena excommunicationis, suspensionis &c.
- 11 An potestas civilis ferro possit leges obligantes sub mortali.
- 12 Legum civilium Conditores non ad poenam spiritualem, sed ad temporalem tantum respiciunt.
- 13 Quando lex iusta dicatur, vel iniusta.
- 14 Iusti possunt Superiores punire transgressorem statim ac lex sufficienter est promulgata.
- 15 An liget lex usu non recepta.
- 16 Praesumendum est, eam legem, qua à Rep. non recipitur minime ei conuenire.
- 17 Ad legem abrogandam non requiritur scientia Principis, qui noverit legem usu non recipi.
- 18 Quando lex dicatur usu recepta vel non.
- 19 Quando lex tollatur per non usum.
- 20 In lege civili requiritur acceptatio Populi.
- 21 Ad obligationem legis Canonicae non requiritur acceptatio Populi.
- 22 Summus Pontifex à Deo potestatem accipit.
- 23 Effet contra fidem dicere summum Pontificem non posse legem aliquam condere independentem à Populo, vel à contrario usu.
- 24 Constitutiones Papae eo ipso, quod sunt promulgatae censentur effectivatae.
- 25 Decretum irritans impedit contrarium usum.
- 26 In quo casu consuetudo contraria derogare possit sacris canonibus.
- 27 Quid dicendum sit de statutis, seu legibus Episcopi.
- 28 Potestas Episcopi à Papa derivatur.
- 29 Romanus Pontifex potest Episcoporum iurisdictionem tollere, minuere, & variare.
- 30 Lex, quae per omnia disponit, quod ius Divinum, vel naturale, non potest tolli contraria consuetudine.
- 31 Non potest Laicus acquirere iurisdictionem in Clericos.
- 32 Quando lex Canonica resistit alicui consuetudini, illamque reprobat, ut irrationabilem, non potest talis consuetudo abrogare legem.
- 33 An id, quod additur iuri Divino, aut naturali contraria consuetudine tolli possit.
- 34 Si conditor legis sciit desuetudinem, sufficienter duo, vel tres actus contrarii ad legem abrogandam, si vero ignorat, requiritur spatium 10. annorum.
- 35 Ad tollendam legem civilem iam receptam sufficit consuetudo decennialis, ad tollendam vero legem Canonicae requiritur consuetudo quadraginta annorum.
- 36 Ad consuetudinem inducendam non requiruntur necessario actus iudiciales.
- 37 In dubio praesumitur pro viridi legis observantia.
- 38 Transactio decennio non potest Princeps compellere subditos ad servandam legem usu non receptam.
- 39 Lex non acceptata ab initio potest subsequenti tempore acceptari.
- 40 Quod tempus requiratur ad inducendam consuetudinem in re Ecclesiastica, & spirituali, quae sit praeter legem Canonicae.

- 41 Privilegium per decennium amittitur, quando quis eo potuit uti & usus non fuit.
- 42 An, & quando non recipientes legem peccent mortaliter.
- 43 Referuntur alij casus, in quibus Doctores à mortali excusant legum transgressores.
- 44 An dies festi novi Testamenti sint iuris divini, vel humani.
- 45 An consuetudo cuiusq; Prouincia, seu Ciuitatis attendenda sit circa obseruationem dierum festorum.
- 46 An opifces diebus festis vendentes calceos, vasa terrea, vestes, vel animalia ratione consuetudinis excusentur à mortali.
- 47 An similiter excusentur Tonsores ac molentes.
- 48 An excusentur à præcepto audiendi missam puellæ seu mulieres ubi consuetum est, quod certo tempore non exeant.
- 49 An excusentur muliones, vendentes pignora, ius dicentes Rusticis, ac ipsimet rustici contrahentes, ac Notarij, qui eorum contractus celebrant diebus festis, & nu. 50. 51. & 52.
- 53 An valeant contractus diebus festis celebrati.
- 54 An Inquisitores possint diebus festis acta conficere.
- 55 An testimonium ferri possit die festo.
- 56 An diebus festis possit fieri executio realis, & personalis in causis ciuilibus, ubi adesset talis consuetudo.
- 57 An Debitores de fuga suspecti diebus festis in carcerem detrudi possint.
- 58 Episcopus potest sua auctoritate
- supradictas, & alias similes consuetudines reprobare.
- 59 Episcopus potest prohibere mandanas, & mercatus, qui etiam ex antiqua consuetudine fiunt.
- 60 Episcopo contradicente subditi non amplius à peccato excusantur ratione consuetudinis.
- 61 Leges Canonice non abrogantur nisi per consuetudinem rationabilem, ac legitime præscriptam.
- 62 Consuetudo in hoc casu non est extendenda nec dilatanda.
- 63 In casibus necessarijs, in quibus opera seruilia licite exercentur, non potest exigi pœna.
- 64 Absq. licentia Episcopi præstari potest iuramentum pro pace, vel aliâ necessitate.
- 65 Episcopus tenetur credere viris bona fama, qui dicunt se cum causa exercuisse opera seruilia.
- 66 In dubio semper petenda est licentia ab Episcopo.
- 67 An violantes præceptum dierum festorum amittant animalia.
- 68 Episcopi possunt facere statuta etiam pœnalia.
- 69 Statuta huiusmodi non debent contrariari Sacris Canonibus.
- 70 Si fiant in Synodo sunt perpetua.
- 71 Edicta Inquisitorum sunt perpetua.
- 72 Item gratia ab Episcopo concessa, nisi concedantur ad beneplacitum.
- 73 Ordinationes, seu edicta extrâ Synodum temporanea sunt.
- 74 Idem dicitur de edictis, quæ fiunt à Vicario Episcopi.
- 75 Censura lata per constitutionem Synodalem semper durat, secus si extrâ Synodum.
- 76 Licentia audiendi Confessiones nõ

- 4
- expirat mortuo delegante.
- 77 Declaratur supra dicti conclusi.
- 78 Littere dimissionis ad ordines non expirant morte concedentis.
- 79 An Vicarius Episcopi possit concedere litteras dimissionis.
- 80 An lex civilis liget Clericos & num. 81.
- 82 Lex generaliter disponens non faciendo mentionem de Clericis ex vi directiva, non coactiva Clericos ligat.
- 83 Intelligitur quando est Ecclesia favorabilis.
- 84 Quando lex potest se habere ad commodum, & incommodum non dicitur prejudicialis.
- 85 Leges generaliter promulgatae, & quae sacris Canonibus non contradicunt, videntur ab Ecclesia approbata.
- 86 Clerici expedientes pecuniam ultra taxam, aut vendentes triticum maiori pretio, quam sit à Principe constitutum, peccant, & tenentur ad restitutionem.
- 87 Iudex Ecclesiasticus non tenetur punire Clericos poenis à lege civili impositis.
- 88 Non lex civilis, sed ratio naturalis Clericos ligat.
- 89 Ecclesia, seu Clericus haeres institutus non conficiens inventarium non tenetur ultra vires hereditarias.
- 90 Citatio, & acta coram Iudice seculari facta contra interesse pretendentes in consecratione Inventarii non afficiunt Clericos creditores.
- 91 Clerici passim non ligantur iure congruo, neque statuto de causis compromittendis inter affines, nec

alio statuto laicorum.

92 Clerici non comprehenduntur sub statuto laicali prohibente extractionem frumenti.

93 An leges, quae certam formam in contractibus praescribunt comprehendant Clericos.

C A P. I.

De vi, ac potestate legis humanae.

§. I.

An lex humana obliget in conscientia.

**P**OSSE auctoritate humana Ecclesiastica cōdi leges, quae obligent in conscientia etiam de rebus, quae à lege diuina, & naturali praescriptae non sunt, docent communiter Theologi cum S. Thoma in p. 2. q. 96. art. 5. & Canonista in cap. 1. de Constit. Syku. in ver. lex num. 9. Nauar. in man. c. 23. n. 48. Greg. de Valent. in tract. de Potest. leg. hum. lib. vn. cap. 2. Iacob. de Graff. Decis. aurear. par. 1. lib. 2. cap. 10. nu. 2. ubi dicit hanc esse veram & communem opinionem omnium Doctorum, & alij quos refert, & sequitur Bonacin. tom. 2. in tract. de legibus disp. 1. q. 1. pun. 7. §. 1. n. 1 & haec constans semper fuit contra Lutherum, & sequaces, sententia SS. Patrum perpetuo etiam vsu ab initio nascentis Ecclesiae confirmata, quod, & Apostolorum canones, & Pontificum decretales aperte testantur.

Haec conclusio constat etiam ex definitione multorum Concilio-

lio-

1. horum præsertim *Viennens. relati*  
*in Clem. Ad nostrum de Heret. &*  
*Tridentini sess. 6. can. 20.* atque ex  
 auctoritate Sac. Scripturæ *Act. 16.*  
 ubi Apostolus monebat fideles,  
 ut custodirent dogmata, quæ erant  
 decreta ab Apostolis, & Seniori-  
 bus, & *1. ad Thessal. 4.* fecitis enim,  
 inquit, quæ præcepta dederim vo-  
 bis per Dominum Iesum, quam-  
 vis D. Paulus, & alij Apostoli quas-  
 dam leges tulerint de rebus non  
 præscriptis vlla lege Divina, vel  
 naturali, ut ex diuersis Sac. Scri-  
 pturæ locis obseruat *Greg. de Va-*  
*lent. loco cit. cap. 1. & 3.* ubi ex his  
 probat hanc conclusionem esse,  
 2. de fide: leges enim humanæ, si ius-  
 tæ sint, deriuantur à lege diuina  
 & æterna secundum illud eius-  
 dem Apostoli *ad Rom. 13.* non est  
 potestas nisi à Deo, & qui potesta-  
 ti resistit, Dei ordinationi resistit,  
 & ideo habent vim obligandi in  
 foro Conscientiæ *S. Tho. commu-*  
*niter receptus in 1. 2. d. q. 96. art. 4.*  
 Vnde idem Apostolus ubi supra,  
*ad Rom. 13,* subdit, quod qui po-  
 testati resistunt, ipsi sibi damna-  
 tionem acquirunt: & D. Petrus in  
*Epist. 2. cap. 2.* similiter dicit, ali-  
 quos, quoniam dominationem  
 contemnerent, reseruos fuisse  
 in diem iudicij cruciandos; atque  
 hic semper fuit communis fide-  
 lium sensus, ut existimarent se morta-  
 liter peccare violando leges ali-  
 quas ecclesiæ, ut constat ex *cap.*  
*violatores 25. q. 1.* Si verò leges  
 3. iniustæ sint, iam legis nomen non  
 merentur, & ideo non obligant,  
 ut dicunt Theologi communiter  
*cum S. Thom. loco cit. d. art. 4.*

4. Non tamen omnes canonicæ  
 sanctiones obligant sub mortali;  
 sed tantum illæ, quarum auctores  
 intendunt sub mortali obligare,  
 dummodò iuste sint, ut est com-  
 munitatis Doctorum opinio. *Nau.*  
*in man. cap. 23. num. 48. & 55. Bo-*  
*nacin. loco cit. nu. 2.* colligitur au-  
 tem, legem sub mortali obligare  
 si de re graui disponat, quod re-  
 mittitur arbitrio prudentis viri,  
 qui hac in re considerare debet  
 finem, & circumstantias, quibus  
 adductus est legislator ad feren-  
 das leges, *Greg. de Valent. loc. cit.*  
*cap. 2. Grass. de vis. aur. par. 1. lib. 2.*  
*cap. 10. num. 8. & seq. & alij apud*  
*Bonacin. d. disp. 1 q. 1. pan. 7. §. 4.*  
*num. 2. & seq. & ita intelligi de-*  
 bet *textus in cap. 2. de maior. &*  
*obed. & alij similes;* vel si præci-  
 piat id, quod aliàs ex vi legis di-  
 uinæ, & naturalis esset faciendum  
*c. fin. de Consuet.* vel si contineat  
 pœnam præsupponentem pecca-  
 tum mortale, videlicet, si quid  
 præcipiat, vel prohibeat sub pœ-  
 na excommunicationis, aut indi-  
 gnationis Dei, & Sanctorum Pe-  
 tri, & Pauli, & alia simili *N. uar-*  
*loc. cit. num. 53. & 59. Bonacin. d.*  
*§. 4. n. 30.* aut quando lex expres-  
 se aliquid sub peccato mortali  
 præciperet, vel prohiberet, ut  
*in cap. perpetuo, & cap. commissæ*  
*de elect. in 6.* Idem dicendum est,  
 si quid præcipiat sub pœna sus-  
 pensionis, interdicti, vel irregu-  
 laritatis. huiusmodi enim præce-  
 ptum regulariter obligat sub mor-  
 tali iuxta communem Doctorum  
 sententiam, quamuis contrarium  
 sentiat *Salon. 2. 2. to. 2. q. 77. art. 1.*  
*contr.*

- contr. 8. nu. 8. & alij apud Dian. p. 1. ref. mor. tract. 10. ref. 21. vbi dicit. huiusmodi pœnas posse etiam incurri propter peccatum veniale.*
- 5 In dubio autem leges Canonicas, quæ pœnam temporalem constituunt, ad culpam non obligare, tenet *Nauar. in man. d. cap. 23. num. 55. & 61. vbi dicit, quod*
- 6 Prælatus imponens aliquam pœnam temporalem præsumitur excludere spiritualem, quia in dubio iudicare debemus, legem esse minus pœnalem *cap. in pœnis de Reg. Jur. in 6. h. si Præses & l. interpretatione ff. de pœn. solent enim legislatores ecclesiastici comminari spiritualem pœnam, quando*
- 7 in conscientia volunt obligare, & ideo si tantum pœnam temporalem statuât, indicium esse videtur, quod ad eam tantum obligare intendunt, *& ita tenent etiam alij plures DD. quos refert, & sequitur Dian. d. par. 1. tract. 10. ref. 17. 18. & 20.*
- 8 Alij verò contrariam partem tumentur, quando lex grauem imponit pœnam, tunc enim regulariter grauis etiam censenda est culpa, & hæc sententia communis est & probabilior, *ita Graff. par. 1. de is. lib. 2. cap. 10. nu. 8. Barbosa. in cap. 2. num. 6. de maior. & obed. Sot. 1. de Iust. q. 6. art. 4. & 5. & alij apud Bonacin. d. disp. 1. q. 1. pun. 7. §. 4. num. 27.*
- 9 Nemo autem tenetur ante sententiam declaratoriã soluere pœnam etiam eo ipso latam, quamuis factum esset notorium, nisi manifeste appareat, talem esse Legislatoris intentionem, vt velit delinquentem ante sententiam Iudicis pœnam subire iuxta veriorum opinionem, quam sequitur. *Cas. 2. 2. q. 12. art. ult. Graff. p. 1. lib. 2. cap. 11. nu. 3. & seq. Bonacin. d. pun. 7. §. 2. num. 8. & seq. & alij recentiores communiter, id tamen fallit in pœna excommunicationis, suspensionis, interdicti, irregularitatis, & inhabilitatis, hæc enim ante Iudicis sententiam incurritur, cū ad sui executionem nullam hominis actionem requirat* *Bonacin. ibidem nu. 9. vbi alios refert, & est communis opinio, licet quoad inhabilitatem contrarium teneant DD. quos refert & sequitur idem Dian. par. 3. tract. 2. ref. 66.*
- 11 Ferri etiam posse legem obligantem sub mortali à Potestate ciuili, dicit *Greg. de Valent. d. tract. de potest. leg. hum. lib. vn. cap. 2. vbi censet hanc etiam propositionem esse certam ex fide Graff. par. 1. lib. 2. cap. 10. num. 2. Bonacin. in tract. de legib. disp. 1. q. 1. punct. 7. §. 1. num. 1. & alij communiter. hæc enim deriuatur etiam à lege diuina, cum non sit potestas nisi à Deo, vt d. Apostolus ad Rom. 13. dicat siquidem lex diuina, & naturalis legi iustæ superioris, siue Ecclesiastici, siue secularis esse parendum: vnde, *Prouerb. 8. dicitur, per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt: & idem Apostolus ad Titum 3. Admone, inquit, illos Principibus, & potestatibus subditos esse.**
- 12 Obseruat tamen, *Naui. in man. d. cap. 23. num. 55. & conf. 3. nu. 2. de Consti. quod lex Principis secularis*

secularis prohibens, vel iubens aliquid sub pœna temporali, non videtur ad peccatum mortale obligare, nisi cum id, quod prohibet, aut iubet, per aliam legem diuinam, naturalem, aut canonicam esset sub pœna peccati mortalis prohibitum, vel iustum: quod probatur ex consuetudine quæ ita huiusmodi leges interpretata est, tum quia legum ciuiliu cōditores præsertim antiqui non pœnas spirituales, sed temporales tantum respiciunt, *et constat. ex l. 1. ff. de iust. & iur. & ex cap. facta dist. 4.*

13 Dicitur autem lex iusta & ex fine, quando scilicet ordinatur ad bonum commune, & ex actore, quando scilicet lex lata non excedit potestatem ferentis, & ex forma, quando scilicet secundum æqualitatem proportionis imponuntur subditis onera in ordine ad bonum commune, & ex natura, quando scilicet est de rebus in se iustis: quemadmodum iniusta lex dicitur vel ex fine, sicut cum aliquis Præsiciens leges imponit onerosas subditis non pertinentes ad utilitatem communem, sed magis ad propriam cupiditatem, vel gloriam; vel etiam ex actore, sicut cum aliquis legem fert ultra sibi commissam potestatem: vel etiam ex forma, puta cum inæqualiter onera multitudini dispensantur, etiamsi ordinentur ad bonum commune: vel etiam ex natura, quando scilicet est de illicitis, puta contra ius naturale aut diuinum, *S. Tho. ab omnibus receptus p. 2. q. 96. art. 4. Graff. par. 1. lib. 2. c. 10.*

num 19. Sylu. in ver. lex nu. 5. & alij communiter. ad iustitiam tamen legis requiritur iustitia secundum omnes causas simul, quamuis ad iniustitiam sufficiat iniustitia secundum vnā, quia bonum ex totali, & integra causa, malum ex singulis defectibus. *Sylu. ibidem, & est communis Theologorum sententia.*

## §. II.

*An obliget lex vsu non recepta.*

14 **P** Utant nonnulli Doctores, ad legis obligationem non requiri acceptationem Populi, præsertim si leges sint suauēs, & faciles, & cōmune bonū respiciāt, quia iustitiam. *14* Possunt Superiores punire transgressorem statim ac lex sufficienter est promulgata nulla Populi spectata acceptatione. *Ita Suar. in tract. de legib. lib. 3. cap. 19. & alij apud Bonacin. eod. tract. disp. 1. q. 1. pun. 4. num. 27.* communior tamen est sententia aliorum asserentium legem humanam, antequam recipiatur saltem per maiorem partem vniuersitatis, non ligare, quoniam promulgari videtur sub hac conditione, si recipiatur saltem per maiorem partem. *c. in istis §. leges dist. 4. l. de quibus ff. de legib. glos. in cap. 1. de Treug. & Pac. quam communiter sequuntur DD. ut d. Felin. in d. cap. 1. n. 6. vers. lex noua Bart. conf. 144. & in l. fin. §. sed cum antiquitus C. de Curat. furios. Alex. conf. 132. n. 1. & 2. ubi dicit hanc esse magis cō-*  
mu-



- munem Socin. Iun. conf. 32. n. 47. vol. 3. Mantio. de Tacit & ambig. conuent. tom. 1. lib. 5. tit. 13. n. 35. Ruin. conf. 13. n. 27. & 28. lib. 2. Couar. var. lib. 2. cap. 16. n. 6. vers. Quinto sunt Menoch. de Presumpt. lib. 2. presump. 2. n. 1. Gutier. de iuram. confir. par. 1. c. 38. n. 9. Sanchez. de matrim. lib. 3. disp. 18. n. 1. Nauar. in man. cap. 23. n. 41. & 62. & conf. 1. n. 23. & seq. de constit. Dian. par. 1. tract. 10. ref. 1.
- 16 præsumentum est enim eam legē, quæ à Rep. non recipitur, minime ei conuenire. ex quo infert. Felin. loco cit. n. 13. vers. considerando.
- 17 *ra secundo*, quod ad legem abrogandam non requiritur scientia Principis, qui nouerit, legem vsu non recipi, & nihilominus tolleretur ipsius non vsu, quia sufficit tacitus Principis consensus, qui consistit in tacita illa conditione, si recipiatur, sub qua lex initio sancitur ut dicit Azor par. 1. inffit mor. lib. 5. d. cap. 4. quest. 2. Bonacin. tom. 2. d. disp. 1. q. 1. pun. 4. num. 45. & notant omnes in cap. fin de consuet. quicquid dicat Sylu. in ver. lex num. 6. dict. 4. & alij apud Dian. par. 1. tract. 10. ref. 4.
- 18 Vsu autem recepta lex non dicitur, si Populus, aut maior pars prosequitur facere, quod ante legis promulgationem facere consueuerat, siue Populus sciat legē promulgatam esse, siue ignoret Nau. conf. 1. num. 25. & 26. de Constit. ubi hanc dicit esse veriorē opinionem Azor. par. 1. lib. 5. c. 4. vers. nihilominus Garc. de benefice. par. 11. cap. 5. num. 155. Neque diceretur vsu recepta, si ab aliqui-

bus lex obseruetur, quemadmodum enim tunc dicitur vsu recepta, quando tota Resp. vel eius maior pars eam obseruat, quamuis aliqui contra legem faciant, ita recepta vsu non censetur, quando vel tota Resp. vel maior pars eam non obseruat, licet ab aliquibus obseruetur. Felin. in d. cap. 1. nu. 11. limit. 2. de Treug. & pac. Suar. de legib. lib. 4. cap. 16. n. 9.

19 Non tamen tollitur lex simpliciter per non vsu, puta quia per longum tempus legis casus non euenierit, sed requiritur contrarius vsus contra legem. Azor. 1. par. lib. 5. d. cap. 4. quest. 7. Put. decis. 1. nu. 3. lib. 1. Curt. iun. conf. 129. num. 12. par. 1. Mantio. de Tacit. & ambig. lib. 5. tit. 12. num. 38. & seq. Seraphin. decis. 153. nu. 2. Megal. in Promptuar. ver. abrogatio legis n. 6. nisi talis non vsus includeret æquipollenter actum contrarium legitunc enim per huiusmodi non vsu tolleretur Nau. conf. 1. nu. 2. de consuet. Bonacin. d. disp. 1. q. 1. pun. ult. §. 3.

Sed pro maiori huius rei intelligentia distinguendum est, aut sermo est de lege ciuili, & tunc admit tēda est sententia affirmas, requiri acceptationem populi ad legis obligationem, quia Rex seu Princeps à Populo habuit potestatem l. 1. ff. de constit. princip. Cou. practic. cap. 1. num. 2. ubi dicit, quod Deus ipse ab ipso natura iure liberā fecisse videtur gentibus potestatem sibi Principes, Reges, & Magistratus constituendi: vnde Rex seu Princeps Populum, & eius potestatem representat vt

*dicit S. Thom. 2. 2. q. 97. art. 3. ad 3. Caiet. tract. 2. Apolog. de Compar. auctor. Pap. & Concil. par. 2. c. 9. & ideo verisimile est, Populum non aliter dedisse Principi potestatem condendi leges, nisi ipse etiam Populus per acceptationem consentiret, ut constat ex antiquissimo Populi Romani ritu, pro ut refert Couar. pp. qq. lib. vn. c. 1. num. 3.*

21 Si verò sermo sit de lege canonica, tunc non requiritur acceptatio populi ad legis obligationem: cum enim Summus Pontifex à

22 Deo potestatem accipiat iuxta cap. nouit. de Iud. extrau. vnic. de consuet. extrau. vnam sanctam de maior. & obed. & docet Couar. loco cit. num. 2. Caiet. in tract. de Roman. Pontif. instit. cap. 3. & alij communiter, consequens est, ut possit validè, & efficaciter operari independentè à consensu Populi. *cap. consequens dist. 11. Sylu. loco cit. nu. 6. Suar. in d. tract. de legib. lib. 4. cap. 16. num. 2. & seq. Dian. p. 1. tract. 10. ref. 1. in fin. & par. 7. tr. 1. ref. 28. Unde esset contra fidè*

23 dicere, Summum Pontificem non posse cōdere legem aliquam independentè à Populo, vel à contrario vsu, ut rectè notant DD. apud Dian. dist. par. 7. tract. 1. ref. 28. versiculo quarto, & quinto. Propterea constitutiones

24 Papæ eo ipso quod sunt promulgatæ censentur effectuatæ, nec potest contra illas induci nō vsus, neque contrarius vsus, nisi data scientia ipsius Papæ, ut dixit Rota *com Card. Canaler. decis. 423. n. 4. & ita etiam tenent alij DD. apud*

*Bonacin. de Censur. in partic. disp. 2. q. 3. pun. 16. §. 15. num. 4. vers. 4.*

Hoc tamen intelligendum est, quando constat, vel ex coniecturis sufficienter colligitur, Papam velle independentè ab acceptatione Populi obligare ut *di. Bonacin. d. tract. de legib. disp. 1. q. 1. pun. 4. nu. 28. & 29. Dian. p. 7. tr. 1. ref. 28* puta si in lege, seu constitutione

25 adfit decretum irritans, quod impedit contrarium vsum, seu quid simile. *Mantic. de Facit. & ambig. lib. 5. tit. 13. num. 42. Dian. vbi supra d. ref. 28. vers. Sexto Bonacin. de legib. disp. 1. q. 1. pun. 4. num. 29.*

26 Secus dicendum videtur, si non constet de hac intentione Summi Pontificis, tunc enim consuetudo contraria derogat etiam Sacris canonibus, seu Pontificijs constitutionibus, modò sit rationabilis, & legitimè præscripta *ex cap. fin. de Consuet. ut notat etiam Bonac. loco cit. & tunc consuetudo huiusmodi non assumit vires ex tacito consensu Populi, sed ex auctoritate ipsius Summi Pontificis permittentis, & concedentis in d. cap. fin. induci consuetudinem, contra canones, ut post Abb. & Fel. d. Burbos. de offi. & pot. Episc. par. 3. all. 93. num. 29. Dian. par. 7. tract. 1. ref. 28. vers. Quinto. vbi notat, ita esse intelligendos DD. qui asserunt leges Pontificias non obligare, nisi acceptentur à Populo.*

27 Idem de statutis, seu legibus ab Episcopo latis dicit *Suar. in tract. de legib. lib. 4. cap. 16. cui adde Greg. de Valent. in Analys. fid. Cathol. lib. 7. c. 7. vers. ceterum alie due res*

B sunt

sunt, & alios apud Barbof. loco cit. par. 1. tit. 1. cap. 1. num. 19. & seq. & par. 3. alleg. 50. num. 1. & alleg. 88. num. 8. vbi dicunt, quod potestas Episcopi à Papa, qui est vniuersalis Pastor, deriuatur iuxta c. ita Dominus distin. 19. ex quo S. Tho. 2. 2. q. 39. art. 3. & alij apud Barbof. loco cit. d. par. 1. tit. 1. cap. 1. num. 20. inferunt, posse Romanū Pontificem Episcoporum iurisdictionem tollere, minuere, restringere, mutare, aut variare, vt in cap. multum 3. q. 6.

30 Si verò lex per omnia disponat, quod ius diuinum, vel naturale, tunc nulla contraria tolli potest consuetudine, quæ dicenda est verius in hac parte corruptela d. cap. fin. de consuet. S. Thom. 1. 2. q. 97. art. 3. ad p. & alij communiter.

31 Vnde non potest Iaicus acquirere iurisdictionem in Clericos, cū de iure diuino sint exempti. c. si Imperator dist. 96. c. relati. 1. q. 1. c. quamquam de censib. in 6. Alciat. in cap. cum non ab homine num. 2. de Iudic. Vulp. in Prax. Iudic. For. Eccles. cap. 41. num. 1. Bonacin. de legib. disp. 10. q. 2. pun. 1. §. 1. nu. 3. & alij plures apud Dian. p. 1. tract. 2. ref. 1. & par. 5. tract. 1. ref. 2. 1. vbi id probat ex diuersis Concilijs, & præcipuè ex Tridentino sess. 25. de ref. cap. 20.

Addit Baldell. in disp. Theol. to. 1. lib. 5. disp. 39. num. 10. quem refert, & sequitur Dian. par. 5. trac. 1. ref. 2. 1. quod quando lex canonica ab initio resistit alicui consuetudini inducendæ, eamque reprobat, vt irrationabilem, non potest postea talis consuetudo ita

inualescere, vt abroget legem. 33  
 Obseruat etiam Felin. in d. cap. 1. num. 8. de Treug. & Pac. quod licet lex consona sit iuri diuino, aut naturali, tamen si quid ei adijciatur, istud additum contraria potest consuetudine abrogari.

### §. III.

Quod tempus requiratur ad abrogandam legem.

SI loquimur de lege nunquam obseruata, tunc si conditor legis sciat desuetudinem, & non punit transgressores cum possit, non est opus tempore, sed sufficiunt tot actus maioris partis populi contra legem, ex quibus eliciatur superioris tolerantia Nar. conf. 44. num. 6. de sent. excom. Put. decis. 1. num. 3. lib. 1. videlicet duo, vel tres actus secundum Azor. d. cap. 4. quest. 6. Benintend. decis. 13. num. 10. Dian. par. 1. tract. 10. ref. 7. vbi etiam notat, non esse necessarium, quod isti actus fiant in præsentia Principis Legislatoris, ve eo sciente, sed satis esse, si fiant scientibus Auditoribus Regijs, vel Episcopis, non tamen sufficeret probare vnum actum, quamuis esset notorius toti populo Put. loco cit. Bonacin. de legib. disp. 1. q. 1. pun. ultim. §. 3. nu. 32. nisi esset successiuus, & haberet continuationem per tempus, intra quod induci potest consuetudo Barbof. in cap. vlt. num. 16. de consuet. per text. in c. cum in beneficio de Prab. in 6.

Aut conditor legis ignorat desuetu-

- suetudinem, & tunc requiritur spatium decem annorum ad impediendum ne lex liget *Alciat. conf. 2. n. 34. lib. 9. Couar. var. lib. 2. cap. 16. num. 6. vers. quinto sunt Benintend. Put. & Azor. locis cit. Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 18. n. 1.*
- Alij tamen censent, quod etiam in hoc casu sufficiat repugnantia per actus contrarios, vt dictum est supra ita *Felin. in d. cap. 1. n. 13. vers. considerabam 3. de Treug. & pac. Garc. de Benefic. par. 11. cap. 5. nu. 156. vbi testatur, ita in praxi seruati & hanc sententiam esse tutam in conscientia dicit Dian. par. 1. tract. 10. res. 7.*
- 35 Si verò loquimur de lege à principio recepta, & approbata, & tunc lex quidem canonica per contrariam consuetudinem non tollitur, nisi huiusmodi consuetudo per quadraginta annos confirmata, continuataq. sit; lex autem ciuilis per consuetudinem contraria decennij spatio similiter tollitur *cap. ult. vbi glos. fin. de consuet. Felin. loco cit. Azor. d. par. 1. lib. 5. c. 4. vers. dicendum Bonacin. loco cit. d. pun. 4. n. 47. & pun. ult. §. 3. nu. 32. Megal. in ver. abrogatio legi. m. 4. & 5. Barbof. in d. cap. ult. n. 12.*
- 36 Nec requiruntur necessariò actus iudiciales ad consuetudinem inducendam, sed sufficienter introduci potest per actus extra iudiciales, cum nullo iure cautum sit, vt consuetudo per actus iudiciales confirmetur *Bart. in l. 2. n. 19. C. qua sit long. consuet. vbi de communi Becan. tract. 3. c. 8. quest. 4. & alij apud Bonacin. d. §. 3. n. 25.*
- 37 Obserua tamen quod in dubio

præsumitur pro viridi ipsius legis obseruantia, & qui dicit contrarium, debet ipsum allegatum legis non vsum probare. *Benintend. d. decis. 13. n. 10. Dec. conf. 6. 49. nu. 9. Put. dec. 1. in fin. lib. 1. Curt. Iun. cōf. 129. n. 12. par. 1. Gozadin. conf. 16. n. 16. Nat. conf. 340. n. 11. vol. 2. vbi dicit, quod Ciuitas habet intentionem fundatam in statutis Roland. conf. 90. nu. 53. vol. 1. Alciat. conf. 2. n. 33. lib. 9. Ricc. in Collect. decis. 1673. par. 5. neque sufficeret probare aliquos actus in contrarium factos, sed esset etiam probandum, quod illi habuerint effectum, & quod talis obseruantia deueniret ad notitiam maioris partis Populi *Mantic. de Tacit. & ambig. lib. 5. tit. 13. nu. 42. Seraphin. dec. 153. n. 3.**

38 Secundò obserua, quod transacto decennio si lex recepta non fuit, non potest Princeps per se loquendo compellere subditos ad seruandam legem, quia iam per desuetudinem, seu non vsum decennalè abrogata fuit *Bona. in. de legib. d. disp. 1. q. 1. pun. 4. n. 46. vbi citat Suar. Azor. & alios.*

39 Tertiò obserua, quod licet lex non fuerit acceptata, & per consequens non obliget, potest tamen subsequenti tempore acceptari, & obligationem inducere, quia lex per non acceptationem non fuit extincta, sed quodammodo suspensa: secus esset, si à Superiore reuocata iam fuerit, tunc enim non obligaret, nisi iterum feratur à Principe, cum per reuocationem fuerit extincta *Nauar. conf. 1. n. 28. de Constit.*

40 Ultimo obseruat Bonac. d. disp. 1. q. 3. pun. ult. §. 3. n. 3. cum Molin. Reginald. & alijs, quod ad inducendam consuetudinem vim legis habentem in re Ecclesiastica, & spirituali, quæ sit præter legem canonicam, sufficiunt decem anni.

41 His adde, quod etiam priuilegium obtentum à Principe amittitur, si quis per decennium illud non utatur. *h. ff. de Nundin.* quod intellige, si euenit casus, in quo potuit uti priuilegio & non fuit usus. *Feit. in d. cap. 1. n. 10. de Treu. & Pac.* non enim amittitur priuilegium, quando quis eo non potuit uti, aut quia se occasio non obtulit. *l. vnus ex socijs §. ult. & l. seq. ff. de seruit. rust. Præd. Azor. d. cap. 4. quest. 8. Barbosa de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 26. n. 13. Ricc. in Collect. decis. 2693. par. 7.*

#### §. IV.

*An peccent mortaliter non recipientes, aut non seruantes legem.*

42 **P**rimi quidem, qui absque iusta causa legem Canonicam non recipiunt, aut consuetudinē contra eam inducunt, regulariter peccant mortaliter, modo cōflet legislatorē voluisse transgressores ad mortalem culpam obligare independentem ab acceptatione Populi, vt dicunt DD. quos refert, & sequitur Bonacin. de legib. disp. 3. q. 1. pun. 4. num. 39. quia lex obligat ad sui acceptationem. *Suar. eod. tract. de legib. lib. 3. cap. 19. n. 10. Dian. par. 1. tract. 10. resol. 2. in fin.* Vnde Apostulus ad

Rom. 13. omnis anima, inquit, potestatibus sublimioribus subdita sit.

An verò successores excusetur affirmatiue respondet *Abb. in c. 1. n. 4. de Treug. & pac. Azor. d. cap. 4. q. 5.* vbi dicit, quod bona fide possunt legem negligere sequuti primos, qui contra legem fecerunt. *Dian. par. 1. tract. 10. ref. 5. Gratian. disert. 588. nu. 15. Garc. de beneficio. par. 11. cap. 5. n. 150. Graff. par. 3. lib. 2. cap. 10. nu. 26. Bonacin. loco cit. d. pun. 4. n. 28.* vbi etiam notat, Episcopos, aut Principes hoc tempore viuentes, quorum Antecessores non receperunt Concilium Tridentinum, dum primum publicaretur, in conscientia excusari, & multo magis eorum subditos: hoc enim casu præsumitur adesse scientia Papæ tolerantis, & permittentis legem non acceptari. *ex d. cap. fin. de consuet. Bonac. vbi sup. n. 29. in fin. Dian. par. 1. tract. 10. ref. 1. in fin.* prætereà iustā causam videtur quis habere non seruandi legem, quæ ab alijs non seruatur, nec capite seruari, cum enim lex respiciat utilitatem communem *c. erit autem lex dist. 4.* non videtur Legislator velle vnum, vel alterum, ligare ad seruandum quod communitas, vel maior pars non seruat. *Felin. in cap. 1. n. 11. limit. 2. de Treug. & pac. Nau. cons. 1. n. 24. de constit. Bonacin. loco cit. pun. 4. n. 34.* iustam verò causam excusare à violatione legis humanæ, communiter sentiunt Doctores cum *S. Thom. 1. 2. q. 96. art. 6. & 2. 2. q. 147. art. 3.* Vnde in successoribus potest inchoari legitima contra legem

gem præscriptio, in qua computari non debet tempus Antecessorum. *cap. de quarta. ex de Præscript. cap. circa de Iurepatr. Helin. in d. cap. 1. n. 12 in fin. Azor. loco cit.*

Secus dicendum est in lege ciuili, nam si maior pars, vel omnes statim à principio recusarunt, non peccant, quia Princeps sub tali conditione, legem statuere videtur, videlicet si moribus vrentiū recipiatur. *Rui. in cons. 13. n. 28. lib. 2. Bonac. d. disp. 1. q. 1. pun. 4. n. 40. qui ibidem n. 39. hoc etiam admittere videtur in lege canonica, quando legislator intendit obligare dependenter ab acceptatione Populi, quia hoc casu nondum purificata est conditio, sub qua legislator intendit obligare: posse autem promulgari leges etiam à Summo Pontifice cum hac conditione, dicit Dian. par. 7. tract. 1. ref. 28. vers. quinto.*

43 An verò peccent primi, qui ceperunt legem ciuilem seruare, & postea desisterunt? negatiuè respondet *Nau. d. cap. 23. n. 55. Dian. par. 1. tract. 10. ref. 17. Bonac. d. disp. 1. q. 1. pun. 7. §. 1. n. 1. in fin. vbi dicunt, quod consuetudo ita interpretata est leges ciuiles, vt ad culpam non obligent, sed tantum ad pœnam temporalem.*

Sunt etiam alij casus, in quibus Doctores communiter à peccato excusant legum transgressores, videlicet vel propter ignorantiam probabilem *cap. 2. vbi glos. de constit. in 6. Sylu. in ver. lex n. 7. Nau. cons. 1. n. 24. de constit. vel si lex sit nimium dura, & grauis, & talis communiter à Populo, seu Rep. iu-*

dicetur *Suar. in tract. de legib. lib. 3. cap. 19. n. 9. vel si ex obseruantia legis sequeretur magna rerum mutatio, vel periculum, alicuius scandalum idem Suar. vbi supra lib. 4. cap. 16. n. 8. Bonac. d. disp. 1. q. 1. pun. 4. n. 41. vel si alia rationabilis causa concurrat: in omni enim præcepto legis positivæ admittitur exceptio causæ rationabilis. *cap. si quando de præscript. cap. fin. de consuet. S. Thom. 2. 2. q. 147. art. 3. ad 2. & ibidem Caiet. Sylu. in ver. lex n. 8. Abb. in c. 1. n. 4. de Treug. & pac. Nau. cap. 23. n. 43. ex quo inferunt Bonac. loco cit. d. pun. 4. n. 41. Dian. par. 1. tract. 10. ref. 6. & alij, posse Populum, dum supplicat Principem pro remouenda lege, obligationem ipsius legis interim suspendere, donec iterum constiterit de voluntate Superioris**

## §. V.

An standum sit consuetudini circa obseruantiam dierum festorum.

44 **H**AEC quæstio pœdet ab alia, qua quæritur, an dies festi noui testamenti sint iuris diuini, vel humani? nam alij putant, saltem dies dominicos iure diuino festiuos esse ita *Panorm. in cap. licet de fer. Angel. in ver. serie §. 43. quos refert Nau. in Man. cap. 13. num. 1. quam sententiam communem esse asseruit Sylu. in ver. Dominica quæst. 1. vers. Septimo: quod probant ex cap. licet de fer. vbi dicitur, quod tam veteris, quam*

quam noui testamenti pagina septimum diem ad humanam quietem specialiter deputauit.

Alij uero asserunt, omnia Christianorum festa, etiam dies dominicos, solo humano iure fuisse in ecclesia introducta, ita *S. Tho. in 2. 2. q. 122. art. 4. & ibidem Caiet. vers. his igitur expeditis, & alij, quos refert, & sequitur Nauar. d. cap. 13. num. 1. Barbof. in cap. omnes. nu. 2. & in cap. quoniam. num. 2. de fer. & hanc esse communem DD. sententiam dicit Bonac. de legib. disp. 5. q. vn. in princip. n. 4. & ita tenent Recentiores omnes: idque probant, tum quia licet ius naturale, & diuinum præcipiant nobis, ut Deum veneremur, ac reueremur, non tamen definiunt tempus, quo in nouo testamento id facere teneamur, tum etiam quia obseruantia diei dominici, in noua lege succedit obseruantia Sabbathi non ex vi præcepti legis, sed ex constitutione ecclesie, & consuetudine Populi Christiani, ut *d. S. Thom. d. q. 122. art. 4. ad 4.* Vnde ad *rex. in d. cap. licet. de fer.* respondet Nau. loco cit. quod in nouo testamento, sicut in veteri, vnus de septem diebus debet obseruari, non tamen, quod hoc Deus præceperit in utroque, nam licet id præceperit in veteri testamento præcepto ceremoniali, in nouo tamen testamento in quo illud cessauit, à principio Apostoli auctoritate sua, & non lege diuina ceperunt diem dominicum obseruare, idemque facere fidelibus præceperunt ut dicit etiam *Suar. & Reginald. apud Bar-**

*bof. in d. cap. licet. nu. 2.*

45 Ex quo Doctores communiter inferunt, quod vnaquæque Prouincia, seu Ciuitas obseruare tenetur festa eo modo, & tantum, quæ, quomodo, & quantum consuetudo ipsius præcipit obseruari, quia cum hoc præceptum sit humanum, potest humana consuetudine moderari, *cap. 2. de obser. Ieiun. & fin. de consuet. Nau. d. c. 13. num. 2. vers. infertur. 2. & cons. 5. de fer. Megal. var. resol. tom. 2. ref. 147. Dian. p. 1. tr. 15, & 1. Miscell. ref. 34. Caiet. 2. 2. d. q. 122. art. 4. vers. his igitur expeditis, ubi etiam dicit, quod non est opus videre, an consuetudo huiusmodi sit rationabiliter introducta, sed sufficit, quod ita fiat.*

46 Vnde excusant à mortali Opifices diebus vendentes calceos, vestes, vasa terrea, equos, & alia animalia, si talis ibi sit consuetudo à Prælati tolerata. *Nau. cons. 1. de fer. Caiet. loco cit. Azor. 2. par. lib. 1. cap. 27. num. 10. quem refert. & sequitur Megal. d. ref. 147. præsertim si talis consuetudo inducta sit in fauorem aduenarum, & rusticorum, qui alijs diebus non sine eorum incommodo, ac damno venire possunt. Immo Nau. loco cit. eos etiam excusat à peccato mortali, qui graue damnum paterentur, si cæteris vendentibus ipsi non venderent.*

47 Secundò ratione eiusdem consuetudinis excusant à mortali rōsores, ac molentes *Caiet. ubi sup. Nau. cap. 13. num. 9. & alij apud Dian. loco cit. ref. 34. ubi etiam addunt, quod seclusa consuetudin-*

ton-

- tōnfores ratione paruitatis ma-  
 tenia non peccant, si barbam  
 vnius, aut alterius radant, neque  
 molentes molendinis fluminum  
 vel ventorum, quæ sine magna  
 occupatione molunt.
- 48 Tertiò excusant à præcepto  
 audiendi missam puellas, vbi con-  
 suetum est, quod non exeant, &  
 alias mulieres: quæ consueuerunt  
 vno mense è domo non exire  
 propter mortem viri *ita Caietan.*  
*2.2. d. q. 122. art. 4. vers. his igitur*  
*expeditis*, vbi etiam dicit, quod  
 huiusmodi consuetudines funda-  
 te sunt super libertate euangelica,  
 qua non tenemur stricto iuri ve-  
 teris legis de obseruatione festo-  
 rum.
- 49 Quartò excusant muliones, qui  
 iumentis oneratis suum iter ante  
 diem festum bona fide inchoatum  
 diebus festis non intermittunt,  
 præsertim si eos ire contigerit ad  
 partes remotas *Caiet. ibidē Nau.*  
*d. cap. 13. nu. 7.* non tamen illis li-  
 cet diebus iter inchoare,  
*vt dicunt citati DD.* quamuis in  
 hoc contrarium teneat *Dian. p. 1.*  
*tra. 15. ref. 36.* si dicti muliones in  
 deuandis, vel imponendis oneri-  
 bus per spatium tantum vnius, vel  
 alterius horæ se exercent.
- 50 Quintò, ratione huius consue-  
 rudinis excusant vendentes publi-  
 ca auctoritate pignora diebus fe-  
 stis in locis, vbi emptores alijs  
 diebus non comparent, ac etiam  
 ius dicentes Rusticis, seu paupe-  
 51 ribus, qui à suis seruilibus operi-  
 bus desistere non possunt sine  
 grauiori incommodo. *Caiet. loc.*  
*cit. Nau. d. cap. 13. num. 13. & alij*
- quos refert, & sequitur *Bonacin.*  
*in tract. de legib. disp. 5. q. un. pun.*  
*2. num. 10. vers. imitatur.* Vnde  
 excusant etiam rusticos contrahē-  
 52 tes diebus festis, ac notarios, qui  
 dictis diebus eorum contractus  
 celebrant etiam cum iuramento  
*Rodriq. Laym. & alij apud Dian.*  
*d. par. 1. tract. 15. ref. 34.* vbi notat  
 prohibitionem *c. 1. de fer.* intelli-  
 gendam esse de iuramento iudi-  
 ciali, non autem extraiudiciali,  
 quia textus videtur loqui de iu-  
 dicialibus actionibus; hinc Do-  
 ctōres cōmuniter asserunt, quod  
 si contractus, & instrumenta fiant  
 53 diebus festis extra iudicium, va-  
 lida sunt, si verò fiant in iudicio  
 non solum prohibentur, sed etiā  
 irritantur, nisi necessitas vrgeat,  
 vel suadeat pietas *iux. text. in cap.*  
*conquestus eod. tit. de fer. & d. Sylu.*  
*in ver. Domini: a quest. 3. & alij a-*  
*puud Bonacin. d. pun. 2. n. 11.* quam-  
 uis dissentire videatur *Vulp. in*  
*Prax. Iudic. cap. 5. nu. 16.* vbi dicit,  
 quod obligatio penes acta curiæ  
 stipulata die feriato in honorem  
 Dei est valida, & paratam habet  
 executionem.
- 54 Inquisitores verò contra hære-  
 ticam prauitatem posse prædictis  
 diebus acta conficere, notat *Bar-*  
*bof. in d. cap. conquestus num. 31.*
- 55 Addunt etiam *DD. apud Bonac.*  
*d. tract. de legib. disp. 5. q. vn. pun. 2.*  
*nu. 21. vers. imita p.* quod die non-  
 feriato recipi potest iuramētum,  
 & postea die feriato dici testimo-  
 nium, vbi talis consuetudo fue-  
 rit legitimè præscripta *iux. cap. 2.*  
*de fer. vltimò obseruat Ricc. in*  
*Prax. for. Eccles. par. 4. ref. 387.*  
 quod



- 56 quod Neap. etiã in causis ciuilib<sup>o</sup> nõ impeditur diebus festis exequutio realis que fit sine causẽ cognitione, quia iã fuit iudicatum: & si exequutio realis fieri nõ potest, neque impeditur exequutio personalis similiter sine causẽ cognitione, quia vt plurimum debitorum, contra quos non potest fieri exequutio realis, sunt suspecti
- 57 de fuga: debitorum verò de fuga suspectos etiam festis diebus in carcerẽ detrudi posse dicit *Vulp. d. c. 5. num. 15. & communem dicit Barbof. in d. cap. conquestus nu. 28. de fer. vbi etiam notat, quod arbitrio Iudicis remittitur, quã suspicio in tali casu sit sufficiens.*
- 58 Sed notandum est, quod Episcopus potest supradictas consuetudines, & alias similes sua auctoritate reprobare ex constit. Pij V. incip. Cum primum, vbi antiquorũ canonum statuta renouãtur. *Nau. d. cap. 13. n. 9. Filliuc. tract. 27. c. 10. quest. 2. m. 180. & seq. Paulus Layman. lib. 2. tract. 7. c. 2. nu. 8 & alij quos refert, & sequitur Bonacin. d. disp. 5. q. vn. pun. 2. n. 10. Ricc. in prax. for. Eccles. par. 4. ref. 378. & 379. Vnde Episcopum posse prohibere nundinas, & mercatus, qui etiam ex antiqua consuetudine celebrantur, censuit Sac. Cong. teste *Quarant. in ver. dies festus Barbof. in c. 1. n. 5. de fer. & tũc Episcopo contradicente subditi non amplius excusantur à peccato ratione consuetudinis Nau. conf. 1.**
- 60 de fer. quod præcipue procederet si aperte constaret, huiusmodi consuetudines absque causa rationali fuisse introductas, vt *d. Ricc. loc. cit. leges enim canonicæ secundũ communem DD. sententiam per consuetudinem contrariam abrogari non possunt, nisi ex necessitate, aut pietate, aut alia causa, rationabili introducta fuerit, ac legitime præscripta c. fin. vbi DD. omnes de consuet. & tunc talis consuetudo non est extendenda, nec dilatanda, nec consueta post horam vespertinam extendi debent ad totam diem Caiet. ibidem, & alij apud Bonacin. loco cit. nu. 10. vers. hæc tamen; cum enim festi dies ad Dei cultum maximè pertineant, idèò diligenter procurare debent Ordinarij, vt eorum observatio augeatur, non diminuat. Quare tales consuetudines vbi receptæ non sunt, neque sunt introducendæ, vt dicunt DD. quos refert. & seq. Bonacin. loco cit. vers. hæc tamen.*
- 63 Notandum 2. quod in casibus necessarijs, in quibus opera seruilia licite exercentur, non potest exigì pena, etiam si opus seruile fiat absque licentia, puta si vendantur comestibilia, vel aliã opera seruilia fiant tempore messis, vel vindemiarum, ac reollectionis fructuum iuxta cap. conquestus de fer. ac decretum Sac. Congr. apud *Quarant. loco cit. quia frustra precibus impetratur quod à iure cõmuni conceditur l. vn. C. de T. lib. 10. ita Ricc. in prax. for. Eccles. par. 4. ref. 384.*
- 64 Vnde absque Episcopi licentia præstari potest iuramentum pro pace, vel alia necessitate vt in c. significasti de elect. & in cap. 1. vbi glos. in ver. necessitate de fer. *Nau. d. cap.*

*dict. cap. 13. n. 3. Bonacin. dict. pun. 2. n. 21. in fin.*

65 Addit Ricc. in prax. ut supra d. par. 4. ref. 389. quod Episcopus tenetur credere eis, qui dicunt, se cum causa exercuisse opera seruilia diebus festis, modò sint viri probi, ac bonæ famæ.

Sed hæc procedunt, quando necessitas est certa, tunc enim opus seruile dictis diebus sine licentia fieri potest, cæterum in dubio semper petenda est licentia ab ordinario ut d. Vulp. in Prax. Iudic. for. Eccles. cap. 5. n. 7. Bonacin. de leg. disp. 5. q. vn. pun. 3. n. 14. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 105. num. 40.

Deniq. obseruat Vulp. in prax. 67 Iudic. cap. 5. n. 10. quod prædicta constitutio Pij V. non est vsu recepta in ea parte, qua statuit, conducentes diebus festis animalia onusta esse puniendos pœna amissionis animalium: Vnde Sac. Cõg. iussit, ut restitueretur equus, quem quidam Episcopus venderat ex causa huiusmodi contrauentionis, prout refert idem Vulp. loco cit.

## S. VI.

*An Episcopus possit condere leges, seu statuta in sua Diœcesi.*

68 Omnes concedunt, quod Episcopi possunt facere statuta etiam pœnalia, & ipso iure pœnam infligunt, ut constat ex cap. Vt animarum de constit. in 6. statu

69 ta verò huiusmodi non debent contrariari sacris canonibus, aut

ordinationibus Summorum Pontificum c. quod super his de maior. & obediens. quamuis d. iure hoc priuilegium habeant, quod si rationabilia sint, non censeatur illis derogatum per subsequentes Summorum Pontificum constitutiones, nisi in eis id expressè cauatur cap. 1. de constit. in 6. hæc autem

70 statuta, si ab Episcopo fiant in Synodo Diœcesana, sunt perpetua, & non expirant morte conditoris, ut dicunt DD. in cap. fin. de offic. legat. Sylu. in ver. statutum n. 9. & in ver. lex n. 4. & alij, quos refert, et seq. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. alleg. 93. n. 24. & in d. cap. fin. n. 3.

71 idemque dicendum est de Edictis Inquisitorum secundum sagund. & Auil. apud Dian. par. 4. tract. 5. 72 resol. 27. ac de gratijs ab Episcopo concessis, quæ similiter per eius mortem non expirant cap. si gratiosè de Rescript. in 6. nisi fortè ad beneplacitum cõcedantur, quia cum beneplacitum morte extinguatur, etiam gratiæ huiusmodi per mortem concedentis expirant ut in d. cap. si gratiosè: immò possunt eo casu quandocunque ab ipso concedente reuocari Barbos. loco cit. par. 2. alleg. 25. n. 55. & seq.

73 Aliæ verò ordinationes, seu edicta generalia, vel specialia ab Episcopo lata, seu promulgata extra Synodum temporanea sunt, & ideo extinguuntur per eius mortem, aut recessum cap. licet de offic. deleg. glõs. in c. à nobis 1. in ver. non nisi subditi de sent. excom. Bertachin. in tract. de Episcop. par. 2. lib. 4. q. 15. Ricc. in Decis. Cur. Neap. decis. 149. n. 1. par. 1. Sporell. decis. 14. num. 21.

quos

- quos cum alijs refert, & sequitur  
Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3.  
74 all. 93. nu. 23. quod eo magis pro-  
cedit in statutis, seu ordinationi-  
bus, quæ sunt à Vicario Episcopi:  
hæc enim per eius mortem, aut  
per remotionem ab officio simili-  
ter expirant iuxta doctrinã Bart.  
in l. omnes populi nu. 8. ff. de iust. &  
ur. vbi dicit, quod rectores, seu  
Potestates Terrarum non possunt  
facere ordinationes, nisi pro tem-  
pore sui officij, & notat etiam Ge-  
nuens. in prax. Archiep. cap. 1. n. 18.  
75 Hinc infertur primò, quod ex-  
communicatio, seu alia censura la-  
ta per constitutionem, aut statutu  
Synodale sæper durat arg. d. c. fin.  
de offic. leg. glos. in d. cap. à nobis 1.  
ver. non nisi subditi de sent. excom.  
Barbos. d. par. 3. all. 93. nu. 24. secus  
si censura lata fuerit per edictum  
extra Synodum, quia tunc expi-  
rat per mortem ordinarij, aut eius  
remotionem ab officio Sylu. in  
ver. lex. n. 4. Barbos. loco cit. d. all. 93.  
n. 23. Nau. cap. 27. n. 2. vbi idem di-  
cit de excommunicationibus, &  
alijs censuris latis in mandatis visi-  
tationum, nisi fortè quis durante  
officio eius, qui censuram tulit, in  
huiusmodi excommunicationem  
inciderit, hoc enim casu remanet  
adhuc excommunicatus etiam  
post illius mortem, aut recessum,  
ut notat etiam Genuens. dict. cap. 1.  
num. 18.  
76 Infertur secundò, quod licen-  
tia delegata audiendi confesso-  
nes non expirat mortuo, aut a-  
moto delegante, quia est quedam  
gratia Quara nt. in ver. cap. Sede  
uacante quest. 1. c. ver. Secundò du

bitatur versus fin. Lezan. in Sum.  
47. reg. tom. 1. cap. 19. nu. 10. & alijs  
communiter, nisi Episcopus ad tẽ-  
pus vitæ suæ, vel ad suum bene-  
placitum approbasset, quia tunc  
morte extingueretur d. c. si gratio-  
sè de Rescript. in 6. Barbos. de offic.  
& pot. Episc. par. 2. all. 25. num. 43.  
secus si apposita fuerit clausula  
donec aliud decreuerit, aut do-  
nec reuocauerit, vel si fuerit cõ-  
cessa ad certum tempus, quod ad  
huc expletum non esset, quia tunc  
morte non expirat, nisi postea  
fuerit ex causa per successore re-  
uocata Quar. loc. cit. aut si cõceda-  
tur ad beneplacitum sedis Epif-  
copalis, quia cum sedes ipsa non  
moriatur, durabit perpetuò arg.  
d. cap. si gratiosè de Rescript. in 6. &  
ideo Religiosus si recedat à Dicc-  
cesi, in qua fuit simpliciter, &  
absolutè approbatus, & postea i-  
terum redeat, non tenetur no-  
uam querere approbationem, etiã  
si mutatus fuerit episcopus, in illa  
Diocesi Barbos. d. par. 2. alleg. 25.  
num. 44. & 50. quia si successor  
non reuocat, approbatio hoc ca-  
su semper durat Lezan. in Sum.  
tom. 1. d. cap. 19. num. 10. & ita in  
praxi seruari dicit Rico. in Pra-  
for. Eccles. par. 4. ref. 316. vbi citat  
Grass. dec. aur. lib. 1. c. 13. n. 49. Sax-  
ch. de matr. lib. 8. disp. 18n. 72. Hen-  
riq. in Sum. lib. 6. de Pœnit. cap. 6.  
num. 7. Sayr. de Censur. lib. 7. c. 14.  
num. 7. & alios.  
78 Infertur tertio, quod litteræ  
dimissoriæ ad ordines, cum con-  
tineant gratiam iam factam, hoc  
est licentiam iam concessam, vt  
ad ordines quis promoueatur,  
non

non expirant morte Episcopi concedentis, aut eius Vicarij, si ad id habeat speciale mandatum. *Nau. consis. de Rescript. Dian. par. 8. tract. 3. ref. 99. Megal. in ver. Capitulum Sede vacante. nu. 15. & alij apud Vulp. in Prax. Iudic. cap. 17. nu. 13. vbi num. 14. addit, quod etiãsi Vicarius Episcopi non habeat speciale mandatum, si tamen eius Antecessores talem habuerint facultatem, posset illas concedere inductus iusta credulitate, & ad id citat Mandos. in Reg. Cancell. 24. cap. 3. de malè promotis quest. 6. nu. 15. itã etiam dimissorie concessã à Capitulo Sede vacante elapso anno non expirant per aduentum noui Episcopi, nisi reuocentur. *Quarant. in ver. Capitulum Sede vacante quest. 10. vers. secundo dubitatur late Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 7. num. 24. Dian. d. par. 8. tract. 3. ref. 99.**

## § VII.

An Clerici civilibus legibus, aut statutis Laicorum subijciantur.

80 **I**N hac questione distinguendũ est, aut. n. lex civilis, siue statutum disponit specificè circa personas, & res ecclesiasticas, & tunc Clericos nullo modo ligat, etiãsi lex sit Ecclesiã fauorabilis. *Ecclesia S. Mariae, vbi Doctores omnes de Constit. Vnde totus titulus C. de Sacros. Eccles. & de Episc. & Cleric. vbi expressè de Ecclesijs clericis, & eorum bonis disponitur, est nullus ex notorio defectu*

potestatis iux. com. DD. opinio- nem, vt d. Clar. in §. *Emphytheusis* vers. nec dicatur Abb. & omnes in d. cap. Ecclesia S. Mariae Vulp. in Prax. Iudic. cap. 43. num. 33. secus esset, quando lex civilis fundata esset super naturali ratione, quia tunc seruari debet non ratione legis, sed ratione iustitiã naturalis Sylu. in ver. lex num. 15. aut quando est priuilegiatiua, quia concedere priuilegium non est signum superioritatis, cum etiam non subdito dari, & concedi possit Syluester loco citato Laym. vt supra numer. 2. & alij communiter.

82 Aut verò lex generaliter disponit non faciendo mentionem de Clericis, & tunc ex vi directiua, non coactiua ligat clericos, dummodò respiciat bonum commune, & sacris canonibus non repugnet cap. lic. quoniam & c. de capitulis dist. 10. cap. 1. de Nou. op. nunt. Canoniste in d. c. Ecclesia S. Mariae Nau. cap. 23. numer. 88 Bonacin. in d. tract. de legib. disp. 1. q. 1. pun. 6. num. 29. Vulp. d. cap. 43. num. 33. & est communis opinio, vt d. Dian. par. 1. tract. 2. ref. 8. quod intellige, dummodò sit fauorabilis, secus si esset præiudicialis Sylu. in ver. lex num. 15. vbi etiam aduertit, quod quando lex generaliter disponens potest se habere ad commodum, & incommodum, non dicitur præiudicialis, vnde si statutum disponat, quod Primogenitus succedat, secundogenitus, licet sit Clericus, non succedet: similiter in statuto, quo masculi excludunt mulieres, non succ.

succedet mulier, licet sit effecta  
 85 religiosa; & ratio est, quia leges  
 generaliter promulgatae, & qua  
 lacris canonibus non contradi-  
 cunt, videntur approbatae ab ec-  
 clesia cap. 1. de Nou. oper. nunt. vbi  
 Papa determinat secundum deter-  
 minationem iuris civilis Clar. in  
 §. emphyteusis q. 28. vers. Nec di-  
 catur Vulp. in prax. ut supra d. cap.  
 43. num. 33. vbi dicit, quod etiam  
 in clericis habent locum leges, in  
 quibus agitur de Contractibus, de  
 Tutela, de Successionibus, de hæ-  
 reditate, & alijs, vbi de Clericis  
 nulla fit mentio, ut tenet etiam  
 Sylu. in ver. lex. num. 15.  
 86 Hinc Doctores inferunt, quod  
 Clerici expendentes pecuniam  
 ultra taxam, seu valorem à Prin-  
 cipe præscriptum, aut vendentes  
 triticum maiori pretio, quam sit  
 à Principe constitutum peccarent  
 contra iustitiam, & ideo teneren-  
 tur ad restitutionem, quia iure  
 naturæ tenentur vendere iusto  
 pretio, iustum autem pretium  
 est, quod ab habente potestatem  
 constituitur Nau. cap. 23. nu. 88.  
 Bonacini loco cit. num. 31. Vulp. d.  
 cap. 43. nu. 32. quamuis puniri non  
 possint à Principe laico, cuius  
 edictum, vel legem violant, sed tan-  
 tum à Iudice ecclesiastico & non  
 minus cap. aduersus de Immunit. 89  
 Eccles. glos. in cap. generaliter, in  
 ver. necessitatis 16. q. 1. Genuens. d.  
 cap. 74. nu. 3. Layman. loco cit. nu. 4.  
 87 Iudex verò ecclesiasticus non  
 tenetur punire clericos pœnis à  
 lege civili, vel edicto Principis  
 impositis, quia naturalis ratio, ex  
 qua clerici ad seruandas huius-

modi leges adstringuntur, non  
 magis vnam, quam alteram pœ-  
 nam transgressionis infligit Bonac.  
 de legib. disp. 10. q. 2. §. 1. num. 28.  
 Genuens. io. o. cit. Dian. d. ref. 8. &  
 alij communiter.

88 Verum in tali casu non lex ci-  
 uilis, sed tantum ratio naturalis  
 clericos ligat, ut d. Genuens. lo-  
 co cit. num. 2. Barbos. in d. cap. Ec-  
 clesia S. Mariae num. 4. de Constit.  
 Lezan. in Sum. qq. reg. 10. 1. cap. 11.  
 num. 16. & ideo Clerici non pos-  
 sunt excedere mensuram iustæ à  
 sæculari Principe taxatam, non  
 quia ita statuit Princeps, sed quia  
 pretium iustam est, & rationabi-  
 le, ut d. Sylu. in ver. lex. num. 15. cõ-  
 munit enim, & indubitata con-  
 clusio est, non posse clericos vllis  
 sæcularibus legibus subijci, nisi  
 ab ecclesia sint approbatae cap. be-  
 ne quidem dist. 96. cap. Ecclesia Sã-  
 cta Mariae, vbi id notant omnes  
 de Constit. etiam si adit commu-  
 nis necessitas, & vtilitas d. cap. nõ  
 minus & cap. aduersus de Immunit.  
 Eccles. quamuis multum expedi-  
 ret, ut iusta rerum pretia à Rep.  
 seu Principe præscripta Episcopi  
 edictis suis à Clericis etiam seruã-  
 da proponerent, ut d. Nau. d. cap.  
 23. num. 88. Genuens. ut sup. n. 2.  
 & 3.

89 Ex dictis inferitur, quod ec-  
 clesia, seu Clericus hæres institut-  
 us, etiãsi nõ conficiat inuentariũ,  
 non tenetur ultra vires hære-  
 ditarias iuxta text. in l. si te bonis, &  
 l. fin. §. cum igitur C. de Iur. delib.  
 quia cum huiusmodi leges sint  
 præiudiciales Clericis, non cen-  
 setur à iure canonico approbatae

Duar.

- Duard. in Bull. Cœn. lib. 2. can. 15. q. 17. num. 8. Mart. de Iurisd. par. 4. cent. 1. cas. 75. num. 5. & alij quos refert, & sequitur Diana par. 1. tr. 2. ref. 71. & ita etiam tenet Sylu. in ver. lex num. 15.*
- 90 Addit Bald. in cap. fin. de fid. Instrum. & alij, quos refert, & sequitur Vulp. in Prax. iudic. cap. 43. quod citatio, & acta coram Iudice seculari facta contra interesse prætendentes in confectio-  
ne inuentarij non afficiunt clericos creditores.
- 91 Infertur secundò, Clericos eadem ratione passiuè non ligari in re congrui seu retractus, ut *decisù refert Ricc. in collect. decis. par. 1. collect. 171.* neque statuto de causis compromittendis inter affines, vel alijs statutis laicorum, sed actiuè tantum ita vt possint clerici vt iure congrui, vel alio statuto fauorabili contra laicos, non autè laici contra Clericos *Bald. conf. 3. lib. 1. Surd. conf. 2. n. 14. lib. 1 Franc. dec. 285. Car. de Grass. de effect. Cler. eff. 2. num. 414. & alij, quos refert & sequitur Dian. p. 3. tr. 1. ref. 43.*
- 92 Infertur tertio, Clericos non comprehendi sub statuto Laicali prohibente extractionem frumèti, vini, & similibus extra territorium, etiamsi id fiat ob bonum commune, vt inde abundantia in ciuitate conseruetur *Sylu. in ver. lex num. 15. Grammat. decis. 100. num. 15. Dian. par. 1. tract. 2. ref. 69. vbi citat. Mart. de Iurisd. par. 4. cas. 83. nu. 1. Io. de Amic. conf. 18. num. 17. Roland. lib. 4. conf. 61. num. 22. & alios.*
- 93 Quæres, an leges, quæ non sunt pœnales, sed certam formam in contractibus præscribunt, comprehendant Clericos? affirmatiuè respondent communiter Doctores: id tamen prouenit ex generali iuris canonici consensu, & approbatione, & ideo actus finalis solemnitate factus est inualidus potius ex iurisdictione ecclesiastica, quam ciuili *Layman. loco cit. num. 4. Bonacin. d. tract. de legib. disp. 1. q. 1. pun. 6. n. 33. Lezan. in Summ. qq. reg. to. 1. cap. 11. n. 17.* quod tamen non habet locum, vbi ius canonicum aliam formam præscribit, tunc enim præualet dispositio iuris canonici, vt dicunt *citati DD.* vnde in testamento ad pias causas sufficit numerus duorum, vel trium testium *iuxta cap. cum esses de testam.*

## S V M M A R I V M.

- 1 Vicinus cogitur ad vendendas res proprias fauore Ecclesie, vel monasterij, illiusque ampliatione.
- 2 Idem priuilegiu competit pro scholis fabricandis, seminario puerorum, ac pro construenda domo Parochi.
- 3 Iudex non debet permittere, vt vicinus magnu patiatur detrimentum.
- 4 Vicinus non est cogendus si monasterium facile possit ex alio litere ampliari.
- 5 Vicinus cogitur ad locandam domum fauore monasterij.
- 6 Si Ecclesia edificetur in solo alieno cogitur similiter Dominus ad vendendum iusto pretio.

- 7 Moniales prohibere possunt vicino, nè altius eleuet fenestras, ex quibus prospici possent.
- 8 An Episcopus erigere possit nouam Parochiam.
- 9 Quae conditiones ad id requirantur, & num. 10.
- 11 An credatur ordinario asserenti de causa erectionis nouae Parochiae.
- 12 An à decreto huiusmodi erectionis detur appellatio.
- 13 An sit locus dictae erectioni, si Parochus alium Sacerdotem proponeret in loco minime incommodo.
- 14 De quibus fructibus reparari debeat Ecclesia Cathedralis, & an Episcopus ad id teneatur.
- 15 An Canonici, & alij possidentes beneficia ad id teneantur.
- 16 Non potest Episcopus compellere Canonicos, & alios Clericos, nisi in casu, quo fabrica, seu reparatio esset necessaria.
- 17 Episcopus potest fabrica eiusdem Ecclesiae fructus beneficiorum vacantium ad tempus applicare.
- 18 An ad huiusmodi reparationem compellendi sint Parochiani.
- 19 Vbi adest consuetudo, laici tenentur ad reparationem Ecclesiae Cathedralis.
- 20 Quae requirantur ad huiusmodi consuetudinem inducendam.
- 21 Ex quibus fructibus reficienda sint Ecclesiae inferiores.
- 22 In quo casu Parochi, & alij beneficiati ad reparationem Ecclesiae teneantur.
- 23 An Parochus teneatur, si fructus beneficij non excedunt summam 100. ducatorum.
- 24 Quomodo calculari debeant huiusmodi ducati.
- 25 An commendatarius teneatur ad reparationem Ecclesiae.
- 26 Obtinentes pensionem ad reparationem tenentur pro rata.
- 27 Ad id tenentur etiam Patroni, si Ecclesiae iurispatronatus fuerint.
- 28 In quo casu teneantur Parochiani ad Ecclesiam parochialem reparandam.
- 29 Parochiani tenentur ad reparationem pro modo substantiae.
- 30 Onus contribuendi fabricae Ecclesiae Parochialis spectat ad Dominos adium, non autem ad Conductores.
- 31 Qui tenentur ad refectioem Ecclesiae, tenentur etiam ad refectioem domus Sacerdotalis, & ad paramenta, ornamenta, & alia Ecclesiae necessaria, & n. 32.
- 32 Qui teneantur ad refectionem monasteriorum monialium.

## C A P. II.

## De Ecclesijs ædificandis, vel reparandis.

## §. I.

An vicinus cogi possit ad vendendam propriam domum pro constructione, vel ampliacione Ecclesiae.

**A**ffirmatiuè respondet cõmuniter DD. in l. si quis sepulchrum ff. de Relig. & sumpt. fun. quod non solum habet locum in Ecclesia Cathedrali vel

vel Parochiali, in quibus Sacramenta ministrantur, sed etiam in alijs Ecclesijs, & monasterijs tam virorum, quam mulierum siue ædificatis, siue ædificandis, & illorum necessaria ampliacione. *Cepoll. in tract. de seruit. urb. Præd. cap. 28. nu. 5. Grammat. dec. 75. per tot. I. h. q. forens. lib. 1. q. 64. n. 6. & hanc esse comunem testatur Valasc. dec. 22. n. 2. Surd. conf. 62. n. 7. & 8. lib. 1. Giurb. dec. 86. nu. 7. Rota decis. 327. nu. 1. par. 1. in recent. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 26. nu. 1.*

Immo etiam pro ampliacione atrij Ecclesiæ, dormitorio extendendo, monasterij viridario, eiusdemque viridarij ampliacione, possunt cogi ad vendendas res proprias. *d. decis. 86. n. 8. & alij DD. citati in Prax. for. Eccles. par. 3. ref. 557. & in Collect. decis. par. 1. collect. 130. Antoni. uar. resol. lib. 1. resol. 112. cas. 29. Sperell. decis. 58. n. 19. & seq. idemque priuilegium competit pro scholis fabricandis, pro seminario puero- rum, ac etiam pro construenda domo pro habitatione Parochi. *Carocc. dec. 26. per tot. Ricc. d. Collect. 130. Surd. con. 62. n. 8. vol. 1. Sperell. dec. 58. n. 22. & 23. & alij.**

3 Debet tamen index distingueri necessitatem à simplici utilitate. *vt dio. Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 3. ref. 414. atque ita debet de opportunitate loci prospicere, vt vicinus, qui cogitur vendere, magnum non patiatur detrimentum. d. l. si quis sepulchrum. Vnde nec est ad id cogendus vicinus, si monasterium facile possit ex alio latere ampliari. *Rota decis. 372. nu. 3. par. 1. Recent.**

5 Ex his infert Sperell. *d. dec. 58. n. 25.* quod Religiosi possunt cogere vicinũ etiam ad locandã domum pro necessaria eorum habitacione quousque perficiatur monasterium, cum in hoc sit minus damnum vicini: quamuis contrarium teneat Ricc. *in Collect. dec. par. 1. collect. 10.*

6 Infertur 2. quod si Ecclesia ædificetur in solo alieno, cogitur similiter minus ad vendendum iusto pretio, tunc enim ædificium non cedit solo, sed solum ædificio. *Ricc. in collect. dec. 2350 par. 6.*

7 Adde, quod moniales prohibere possunt vicino, ne altius eleuet fenestras, ex quibus prospici possent ipse moniales. *c. 1. in princ. de Stat. Reg. in. 6. Bero. conf. 135. n. 9. & 10. vol. 3. Couar. var. resol. lib. 3. cap. 14. sub n. 8. vers. septimò eadem opinio Muta decis. Sicil. 8. n. 6. quod procedit, etiam si esset via intermedia. *Sperell. decis. 58. n. 6.**

## S. II.

An Episcopus erigere possit nouam Parochiam.

8 Sacra Tridentina Synodus statuit, vt vbi ob locorã distantiam, sine difficultatem Parochiani sine magno incommodo ad percipiendã sacramenta, & diuina officia audienda accedere nequeunt, possit Episcopus nouas Parochias etiam inuitis rectoribus iuxta formam constit. Alexan. III. *Quæ incip. Ad audientiam,* constituere, ac Sacerdotibus, qui de nouo



nouo erunt Ecclesijs nouiter cre-  
ctis præficiendi, competentem,  
portionem assignare ex fructibus  
ad ecclesiam matricem pertinen-  
tibus, & si necesse fuerit, com-  
pellere etiam populum, vt ea  
subministret, quæ sufficiant ad-  
vitam dictorum sacerdotum sub-  
tentandam, vt in *sess. 21. de ref.*  
*cap. 4.*

9 Ex quo obseruant DD. quod  
non sufficit quælibet distantia,  
sed ea dumtaxat, quæ præbet dif-  
ficultatem Parochianis acceden-  
di cum magno incommodo ad  
percipienda sacramenta, & di-  
uina audienda *Ricc. in*  
*Prax. for. eccles. par. 4. ref. 221.*  
*vbi refert., ita resoluisse Rot. decis.*  
*204. & 745. par. 2. Recent.*

10 Obseruant secundò, quod no-  
ua ecclesia parochialis erigi non  
debet in alterius Parochia, nisi  
ex causa necessitatis, seu magnæ  
incommoditatis *cap. ad audien-*  
*tiam, vbi glos. in ver. magna dif-*  
*ficultate de Eccles. ædific. & idè*  
*non creditur Episcopo, seu or-*  
*dinario asserenti de causa huius-*  
*modi, cum talis assertio tendat*  
*in præiudicium tertij, sed debet*  
*in effectu probari, & in actis cõ-*  
*stare Bart. in l. item si suspectus*  
*ff. de Procur. Aleiat. in tract. de*  
*Præsumpt. in reg. 3. præsum. 9. n. 27.*  
*Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref.*  
*222. vnde ab huiusmodi decreto*  
*12 erectionis nouæ Parochiæ dari*  
*appellationem, etiamsi ab Epif-*  
*copo fiat vti sedis apostolicæ de-*  
*legato, censet idem Ricc. in Prax.*  
*vt sup. par. 1. ref. 486. nisi hæc or-*  
*dinatio fiat in visitatione, tunc*

enim non datur appellatio saltè  
quo ad effectum suspensionum ex  
*eod. Concilio sess. 13. de ref. cap. 1. &*  
*sess. 24. cap. 10.*

13 Obseruant tertio, quod si in  
loco minimè difficili, nec incom-  
modo adesset oratorium, vel ec-  
clesia cum fonte baptismali, & cæ-  
teris ad Parochiã necessarijs, ibi-  
que Parochus alium Sacerdotem  
proponeret, qui ibidem reside-  
ret, & sacramenta administraret,  
non posset in tali casu fieri sepa-  
ratio ex *eodem Conc. d. sess. 21. de*  
*ref. cap. 4. Menoch. conf. 477. nu. 9.*  
*Coff. remed. 76. quos refert, & se-*  
*quitur Ric. in prax. par. 1. ref. 486.*  
*Barbos. de Offic. & pot. Episc. par. 3.*  
*alleg. 68.*

### §. III.

*Ex quibus fructibus reparari debeat  
Ecclesia Cathedralis.*

14 **R** Esp. quod reparari debet  
ex proprijs fructibus pro  
fabrica destinatis *cap. concesso cap.*  
*quatuor, & cap. de reatibus 12.*  
*q. 2. si verò fructus huiusmodi nõ*  
*adsint, aut sufficientes non fue-*  
*rint, onus reparandi spectat ad*  
*Episcopum de quarta suorum re-*  
*dituum tam futurorum, quam*  
*præteritorum cap. vnio, & ibi,*  
*glos. 1. communiter recept. 10. q. 3.*  
*Barbat. conf. 26. num. 4. vol. 3. &*  
*alij quos refert, & sequitur Bellet.*  
*Disquis. Cleric. tit. de Clerico debi-*  
*tore §. 13. num. 12. & seq. vbi etiã*  
*notat, quod eodem modo tene-*  
*tur Episcopus ad ornamenta, quæ*  
*sunt necessaria ad diuinum mini-*  
*sterium,*

terium, quia æqualis est fauor fabricæ, & ornamentorum arg. cap. fin. de Testam. censet tamen Ricc. in Collect. decis. 2350. par. 6. quod Episcopus non tenetur ad reparationem, nisi de superfluis.

15 Quod si quarta pars reddituum Episcopi non sufficiat ad illius reparationem, contribuere tenentur pro rata reddituum Canonici, & alij, qui in ecclesia possident beneficia: cap. I. de Eccles. adific. Rip. respons. 26. num. 10. Ricc. in Collect. decis. 2636 par. 7. & in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 348. quod intelligendum est similiter de fructibus, qui supersunt detractis necessarijs, ut d. Ricc. locis cit. Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 64. num. 4. & 5. non potest tamen Episcopus compellere Canonicos

16 & alios Clericos, nisi in casu quo fabrica, seu reparatio esset necessaria Bellett. loc. cit. num. 18. & tunc concurrere debet consensus Episcopi, & Capituli simul, vel maioris partis illius iuxta cap. fin. de His que fiunt à maiori parte. Cap.

Si verò reditus Episcopi, & Canonorum non sufficiant, potest Episcopus fabricam eiusdem Ecclesiæ cathedralis fructus beneficiorum vacantium ad tempus applicare Abb. in cap. I. de Eccles. adific. Io. Andr. in cap. si propter de Rescript. in 6. Felin. in cap. cum accessissent de constit. quos refert, & sequitur Ricc. in Prax. par. 4. ref. 340. ubi de communi Barbof. d. p. 3. all. 64. nu. 5. quod intellige, dummodò alteri non competant fru-

ctus primi anni, ut d. Ricc. loc. cit. d. ref. 340.

Demum compellendi sunt Parochiani, ut dicunt Doctores apud Barbof. d. all. 64. num. 5. Ricc. d. par. 4. ref. 348. contra glos. in cap. quatuor ver. docent. 12. q. 2. & alios, quos refert, & sequitur Vulp. in Prax. Iudic. cap. 46. numer. 3. quod absq. dubio procederet, si adesset particularis consuetudo, ut layci teneantur ad reparationem dicte ecclesiæ Ricc. in Prax. par. 4. d. ref. 348. Barbof. par. 3. d. all. 64. n. 5. & alij apud Bellett. tit. de Cleric. debet. §. 13. num. 2.

20 Observa tamen, quod consuetudo huiusmodi ex vnico actu nõ inducitur, sed requiruntur plures actus: secundo requiritur, quod populus fuerit in tali vsu animo inducendi consuetudinem late Rip. respons. 26. num. 2. & seq.

## S. IV.

Quinam teneantur ad reficiendas ecclesias inferiores.

21 **A**liæ Ecclesiæ inferiores refici similiter debent ex fructibus pro fabrica destinatis, qui si non adsint, vel non fuerint sufficientes, cogendi sunt qui fructus ex dictis ecclesijs percipiunt, aut in illorum defectum Parochiani, si ecclesiæ parochiales sint: quod si nimia egestate omnes laborant, ad matrices, seu viciniores ecclesias transferri debent iuxta Conc. Tridentinum sess. 21. de ref. cap. 7.

22 Observant tamen Doctores communiter, parochos, aut alios Beneficiatos non teneri ad re-

parationem ecclesie, neque ad  
 paramenta, aut alia ad ornatum  
 & vsum Altaris, & Sacrificij neces-  
 saria, nisi de redditibus, qui eis  
 supersunt ultra necessariam sub-  
 stentationem *cap. de his ex. de eccl.  
 edifice. Ricc. in Prax. for. Eccles. p. 1.  
 ref. 528. & part. 2. ref. 476. & par. 4.  
 ref. 337. Barbof. loco cit. num. 6. Bel-  
 lett. ubi supra §. 14. num. 1. & seq.  
 & alij. vivere enim debent de pa-  
 trimonio Christi, cuius obsequio  
 deputantur *cap. cum secundum de  
 Præb.*  
 Ex quo infert Ricc. in Prax.  
 ut sup. par. 1. ref. 528. Leo in Thes.  
 23 for. Eccles. par. 2. cap. 17. num. 48. &  
 seq. quod si fructus Ecclesie paro-  
 chialis non excederent summam  
 100. ducatorum, non esset gra-  
 vandus Rector pro reparatione  
 Ecclesie, sed tunc ad omnia com-  
 pellendi sunt Parochiani, quia  
 hanc summam videtur præscrip-  
 sisse Concilium ad honestam Re-  
 ctoris sustentationem in sess. 24.  
 de ref. cap. 13. addit etiam Leo loco  
 cit. num. 53. & seq. non semper cõ-  
 demnandum esse Rectorem ad  
 totam illam quantitatem, qua  
 dictam summam ducatorum 100.  
 excedit, sed arbitrio boni viri,  
 quia non est ita illa summa per-  
 stringenda, quin etiam pro qua-  
 litate loci, & persone maiores  
 redditus Parocho debeantur. cal-  
 culari autem debent huiusmodi  
 24 ducati eo modo, quo valor be-  
 neficiorum estimari consuevit, ut  
 videlicet à quinquennio proximè  
 elapso annus sterilis cum fertili  
 computetur deductis expensis, &  
 oneribus *Gomès in Reg. de valor.**

25. An verò Commendatarius te-  
 neatur ad reparationem ecclesie?  
 Responder Ricc. in Prax. par. 4.  
 ref. 347. quod tenetur, si commē-  
 da est perpetua, secus si tempo-  
 ralis, quia commenda perpetua  
 dicitur titulus canonicus *Gom. in  
 Reg. de Infirm. q. 13. & in Reg. de  
 Trien. q. 5. Gaid. Pap. dec. 152. &  
 alij.*

26. Obtenentes etiam pensionem  
 tenentur pro rata ad Ecclesie re-  
 parationem, ut *decisum refert Ricc.  
 in Collect. decis. 492. par. 3. & dec.  
 2321. par. 6. & decis. 2926. par. 7.*

27. Item ad id tenentur etiam Pa-  
 troni, si Ecclesie Iurispatronatus  
 fuerint, quia percipiunt emolu-  
 mentum à Iurepatronatus, scilicet  
 fructus Iurispatronatus, qui  
 in præsentatione consistunt, et ha-  
 bent honorantias primæ loci in  
 processibus, & in sessionibus,  
 & percipiunt etiam alimenta  
 ab ipsis ecclesijs in necessitate,  
*Concilium Tridentinum loco citat.  
 d. sess. 21. cap. 7. Bellett. ubi supra  
 §. 14. num. 10. Ricc. in Prax. par. 1.  
 ref. 164. & par. 2. ref. 476. & p. 4.  
 ref. 348. ubi id intelligit deductis  
 necessarijs alimentis.*

28. Observant 2. quod si deducto ne-  
 cessario ad alimenta Beneficiorum  
 non supersunt redditus Eccle-  
 sie ad fabricam reparandam, tunc  
 tenentur Parochiani *iuxta concilium  
 d. sess. 21. cap. 7. ita refertur  
 DD. quos refert, & sequitur Barbof.  
 de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 64. n.  
 6. ubi etiam dicit, ita resoluisse Rot.  
 decis. 545. n. 1. par. 1. Recentiss. & tunc*

29. pro modo substantiæ seu honoru  
 Pa-

Parochiani cōferre debent ad huiusmodi reparationem, seu constructionem arg. *l. propter honorem C. Qui bon. ced. poss. & l. omnes provinciarum C. de oper. publ. & dicit*  
 30 Leo loco cit. n. 73. hoc autem onus contribuendi fabricæ Ecclesiæ parochialis spectat ad Dominos eadē, non autem ad Conductores, quia huiusmodi onus est reale, ut dicunt DD. apud Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 4. ref. 351.

31 Et hæc procedunt etiam quoad restaurationem domus Rectoris, qui enim tenentur ad refectionē Ecclesiæ, iidem etiam tenentur ad refectionem domus Sacerdotalis Bellet. d. 9. n. 4. & 9. ubi refert ita declarasse Sac. Cong. conc. Vgo- lin. de offic. Episc. cap. 14. §. 1. nu. 5. Monet. de Commut. ultim. volunt. c. 11. n. 149. Sperell. dec. 68. n. 4. & seq. quos refert Barbof. d. all. 64. nu. 4. & seq. ubi idem dicunt de Paramentis, ornamentis, calice, luminarijs, & alijs Ecclesiæ necessarijs.

Addit Isidor. Mosco. de militan. Eccles. par. 4. lib. 1. cap. 4. vers. primò itaq. considerandum, quem refert Barbof. d. par. 3. all. 102. n. 10. quod si mœnia monasteriorum monialium contracta sint, & monasterij facultates non suppetent, fidelium elemosinis restauranda essent, aut monialium Consanguinei ad id cogentur: per durat enim consanguinitatis vinculum, & obligatio illas conferuandi in debita honestate cap. si quis dereliquerit 30. dist. Quod si consanguinei inopia laborarent, ille compellendus esset, cuius auctoritate, vel potius voluntate fuit erectum mo-

nasterium, quoniam prouidere debebat huiusmodi necessitates futuras, ut dicant Doctores citati.

## S V M M A R I V M.

- 1 Confraternitates, & alia loca pia Episcopi iurisdictioni subiiciuntur.
- 2 Excipiuntur Hospitalia, quæ sub Regum protectione sunt.
- 3 An Episcopus visitare possit confraternitates existentes in ecclesijs Regularium, & n. 4.
- 5 An confraternitates erectæ absque auctoritate ordinarij subiiciantur Iurisdictioni eiusdem ordinarij, & n. 6.
- 7 Bona locorum piorum non prescribuntur minori spatio 40. annorum.
- 8 Loca pia exempta sunt à solutione gabellarum.
- 9 An Episcopus visitare possit loca pia, si testator, vel fundator id prohibuit, & num. 10.
- 11 An Episcopus visitare possit Hospitalale constructum à laico adhuc uiuente, & num. 12.
- 13 Quæ Hospitalia censeantur esse sub Regum Protectione.
- 14 Protectio regia impetranda est in limine erectionis, alias non suffragatur.
- 15 An huiusmodi Hospitalia visitari possint ab Episcopo quoad decetiam diuini cultus, & ornamentorum.
- 16 Episcopus cognoscit, an Hospitalale sit sub Regum protectione.
- 17 Episcopus compellit administratores locorum piorum ad soluendū.
- 18 Executio in tali casu non suspenditur.

- ditur per appellationem.
- 19 *Officiales locorum piorum si delin-  
quunt in officijs, ab Episcopa pu-  
niuntur.*
- 20 *Non factis diligentijs contra debi-  
tores Ecclesia de proprio Admini-  
stratores tenentur.*
- 21 *Tutor negligens in conueniendis  
debitores pupilli de proprio tene-  
tur.*
- 22 *Exactor publicus quando teneatur  
de suo.*
- 23 *An loca pia teneantur ad procura-  
tionem, dum visitantur, & nu.  
24. 25. & 26.*
- 27 *An Ecclesie, & alia loca pia visi-  
tata Equorum vecturas, & fer-  
raturas prestare teneantur.*
- 28 *An Episcopus possit compellere cō-  
fraternitates, ut ad processiones  
accedant.*

vbi tantum excipiuntur Confraternitates, & Hospitalia, quæ sub Regum immediata protectione sunt. Vnde Episcopus visitare potest confraternitates personarum secularium in Ecclesijs etiam Regularium exemptorum existentes exceptis tamen earum altaribus, seu Capellis, quæ intra easdem Ecclesias consistunt, ut consuit Sac. Cong. apud Farinac. dec. 210 par. 4. Diuers. Ricc. in Prax. for. Eccl. par. 4. resol. 579. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 75. n. 13 & 28. dicit tamen Dian. par. 1. tract. 2. res. 101. quod Episcopus potest inquirere, an in dictis Capellis sacra decen-ter ministrantur.

## §. II.

*An Hospitalia, & Confraternitates erecta sine ordinarij auctoritate subijciantur iurisdictioni Episcopi.*

## CAP. III.

## De Confraternitatibus, &amp; locis Pijis.

## §. I.

*Confraternitates, & cetera loca pia Episcopo subijciantur.*

**I** Confraternitates etiã laicorum, collegia, quæcunque, Hospitalia, & loca pia omnia etiam exempta Episcopi iurisdictioni, & visitationi subijci constat ex cap. omnes Basilicæ 16 q. 7. cap. Ecclesia S. Maria de constit. cap. conquerente de offic. ordin. Conc. Tri. d. sess. 22. de ref. c. 8.

**R** Esp. affirmatiuè, sufficit enim quod in eis opera charitatis exerceantur, ex quo pia loca dicuntur, ut colligitur ex Conc. loco cit. d. c. 8. c. Tua nobis de testam. cap. non minus de immun. Eccles. ibi de bonis ecclesiasticis, & clericorū & pauperum Christi vñibus deputatis: quod etiam probatur ex l. omnia priuilegia C. de Sacros. Eccles. vbi priuilegia Ecclesijs concessa ad Hospitalia, & alia pia loca extenduntur, & ita tenet Nouar. de elect. for. sect. 2. quæst. 56. n. 8. Peregrin. de immun. cap. 4. n. 64. quos refert, & sequitur Diana par. 4. tr. 1. res.

ref. 37. Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 4. ref. 578. ubi citat Garc. de benefico. par. 5. cap. 1. n. 602. & plures refert Gabr. Commun. conclus. lib. 6. tit. de pia causa concl. 1. n. 5 & 6. & concl. 2. n. 2. vers. contrarium. quod tanto magis procedit, si confraternitates, & hospitalia huiusmodi proprium haberent templum, vel in eis missa celebrentur, aut ibi per tempus immemorabile hospitalitas seruata fuerit. Gabr. d. conc. 2. n. 5. & 6. Dian. par. 4. tr. 1. d. ref. 37. Vnde ad praescriptionem rerum pertinentium ad confraternitates, & hospitalia, seu collegia instituta, pro sustentatione studentium, pauperum, vel aliorum egenorum tempus quadraginta annorum necessario requiritur, etiam quando vnum hospitale seu collegium contra aliud vult praescribere cap. de quarta cap. ad aures cap. illud de praescript. & exempta sunt a solutione gabellarum d. c. non minus de immun. Eccles. Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 75. n. 35.

## §. III.

An Episcopus possit visitare huiusmodi loca pia, quando in fundatione cautum est, quod ordinarius non possit se intromittere.

**A**ffirmatiua partem tenet Nau. conf. 3. de Relig. domib. Fusc. in Prax. Episc. par. 2. c. 13. nu. 38. & alij apud Barbof. d. par. 3. all. 75. n. 9. alij vero tenent, Episcopum non posse loca pia visitare, quando testator Episcopum a visitatione ex-

cludit, & hanc sententiam communem dicit Dian. par. 1. tract. 2. ref. 84. ubi refert, ita declarasse Sac. Cong. Rotam Romanam, & Paulu V. Ricc. in Prax. for. Eccles. p. 4. resol. 578. cui quidem opinioni fauere videtur Concilium Tridentinum, sess. 22. de ref. c. 9. ibi, nisi secus forte in institutione, & ordinatione talis Ecclesiae, seu fabricae expressè cautum esset: quia licet Episcopus non possit consentire in praedictum, & derogationem iuris acquisiti Episcopatus, potest tamen iuri quarendo praedictum Barbof. d. all. 75. nu. 8. in fin. & alij communiter. Vnde Sac. Cong. declarauit, quod licet Concilium d. sess. 22. c. 8. annullat omnia priuilegia exemptionis hospitalibus, & locis pijs concessa in illis verbis, *etiã nisi exemptionum priuilegio sint munita*, tamen haec verba intelligenda sunt de priuilegijs extra, & non in ipsa fundatione concessis, prout refert Diana par. 1. tract. 2. resol. 84. in fin.

10 Obseruant tamen Doctores, quod etiam in tali casu ordinarius visitare potest eadem loca pia in ijs quae pertinent ad obseruandam voluntatem Testatoris, & ideo videre potest, an bona dispensentur, & alia fiant secundum eiusdem testatoris mentem Bald. in l. si quis ad declinadam C. de Episc. & Cler. quem refert, & sequitur Gabr. commun. conclus. lib. 6. tit. de pia causa concl. 1. n. 16. Nau. conf. 3. de Relig. dom. & alij apud Barbof. par. 3. d. all. 75. n. 6 & 7. & ita etiam censuit Sac. Cong. ut refert Ricc. in Prax. par. 4. ref. 579. cu enim Episcopus sit

fit or in piarum dispositio-  
num in vltima voluntate, quā  
etiā inter viuos exequator cap.  
nos quidem cap. si heredes cap. Ioā-  
nes de Testam. Conc. d. sess. 22. c. 8  
etiam de iure civili l. nulli G. de  
Episc. & Cler. non potest propte-  
rea testator prohibere, quominus  
Episcopus exequatur eius volun-  
tatem in concernentibus disposi-  
tionem ad pias causas cap. tua no-  
bis de Testam. Auth. de Eccles. tit. 8.  
si quis autem pro redemptione: pri-  
uata enim dispositio testatoris nō  
potest generalem constitutionem  
legis, vel canonis immutare glos.  
in d. cap. tua nobis in ver. interdicti;  
vnde reijci debet talis conditio  
tamquam turpis Barbof. d. all. 75.  
num. 9.

## §. IV.

An Episcopus possit visitare Hospita-  
le constructum à Layco ad  
huc viuente.

**N**egatiuè respondent com-  
muniter DD. quia quan-  
do adhuc viuit fundator, habet  
plenam potestatem de illo ad suū  
beneplacitum disponendi, vnde  
& illud alienare, ac destruere po-  
test Gabr. commun. conclus. lib. 6.  
tit. de Pia. caus. conclus. 2. num. 7.  
Nauar. consil. 3. de Reig. domib.  
Piassec. in Prax. Episcop. par. 2.  
cap. 3. num. 38. & alij apud Barbof.  
d. all. 75. num. 3. & seq. & itā decla-  
r. esse Sac. Congregat. Concilij refert  
Vulp. in prax. Iudic. cap. 11. nu. 3.  
& seq.

12 Limita, si Hospitale huiusmo-

di fundarum fuerit auctoritate  
Episcopi, vel habeat formam ec-  
clesiæ, vel altare pro missarum  
celebratione, vt dicunt Piassec. &  
Barbof. locis cit.

## §. V.

Quæ Confraternitates, seu Hospi-  
talia sint, & esse intelligen-  
tur sub Regum imme-  
diata protectione

**R**esp. quod ea tantum loca  
pia intelliguntur esse sub  
13 immediata Regum protectione  
quæ expressè sub tali protectione  
reperiuntur, seu quæ ita à prime-  
ua eorum erectione fundata sunt,  
atque eo speciali priuilegio mu-  
nita, vt scilicet locorum ordina-  
rij iurisdictionem in illis exercere  
non possint: non autem omnia  
Hospitalia, seu loca pia, quæ  
sunt in Regum ditionibus aut Re-  
gnis, vt censuit Sac. Congr. teste  
Leon. in Thef. for. Eccles. par. 4. c.  
2. nu. 97. Ricc. in Prax. for. Eccles.  
par. 4. ref. 162. Barbof. par. 3. all. 75.  
14 num. 16. & seq. hæc autem prote-  
ctio regia necessariò imploranda  
est in limine, & in principio ere-  
ctionis, alioquin longè post ere-  
ctionem auctoritate Episcopi fa-  
ctam est nulla, & non suffragatur,  
quia tunc non posset acquiri in-  
præiudicium Episcopi, cui medio  
tempore ius quesitum fuit Ricc.  
ubi supra par. 4. ref. 167. ubi refert,  
itā fuisse resolutum in Rota coram  
Seraphin. decis. 1599. posse tamen  
Episcopum visitare huiusmodi  
15 Hospitalia, quæ sub immediata  
Regum

Regum protectione sunt, quoad decentiam diuini cultus, & ornamentorum, dicit Gabr. Pereir. in tract. de man. Reg. par. 2. c. 17. n. 12. quem refert & sequitur Dian. par. 1. tract. 2. ref. 101. Barbof. loco citat. num. 20. Ricc. in Prax. ut supra par. 4. ref. 165. quia cum hoc sit quid spirituale, ad ordinarium priuatiuè spectat.

16 An verò Hospitale sit sub Regum protectione, nec nò, non ad secularem, sed ad ecclesiasticum Iudicem spectat id cognoscere Barbof. loco cit. d. all. 75. n. 16. & ita censuit Sac. Congregat. te. Sic Ricc. d. par. 4. ref. 579.

### §. VI.

An Episcopus possit procedere contra laicos administratores locorum piorum post redditam rationem ad soluendum, siue ad exequutionem.

17 **R**esp. affirmatiuè *elem. quia cõtingit de Relig. dom. Cõc. Trid. sess. 22. de ref. d. c. 8. Ricc. in Collect. dec. 714. par. 3. vbi alios refert. quod procedit, siuè soli Ordinariò ratio reddita fuerit, siuè cum alijs deputatis, ut censuit Sac. Congreg. aeste Vulp. in Prax. Iudic. fori Eccles. cap. 11. num. 7. Ricc. in Prax. par. 4. ref. 579. nec impeditur, aut*

suspenditur exequutio, si administratores appellauerint à condensatione, sed causa tantum denouitur ad Superiorem Vulp. vbi supra nu. 8. Barbof. p. 3. all. 75. n. 62. item dicti Administratores, seu officiales locorum piorum si deli-

19 querint in suis officijs, puniri etiam possunt ab Ordinariò, Ferr. qq. mor. par. 2. q. 20.

Quæres, an prædicti Administratores condemnandi sint de proprio, si probetur, debitorem Ecclesiæ, contra quem non fuerunt factæ diligentia, tunc temporis fuisse soluendo? Respondeo affirmatiuè *Genuens. in Practicab. Eccles. q. 442. quem refert, & sequitur Ferr. vbi supra par. 1. q. 35.*

21 exemplo Tutoris, cui negligentia in nõ conueniendo debitores pupilli imputatur *l. si tutor constitutus vbi glos. in ver. minus idonei ff. de Administr. Tut.* ita etiam exactor, & procurator publicus 22 si exactionem ultra annum protraxerit, fauore publico tenetur de suo cum reservatione exigendi à debitorib. publicis *l. missi opinatores C. de exact. Tribut. lib. 10.*

### §. VII.

An Societates, seu Confraternitates, & oratoria teneantur ad procurationem, dum visitantur.

23 **A**ffirmatiuè respondet Ricc. in Prax. ut supra par. 4. ref. 152.

24 Limita 1. quando huiusmodi confraternitates existunt in Ciuitate, vbi sita est Cathedra, quia tunc nulla Episcopo procuratio debetur, ut censuit Sac. Coagreg. apud Pisec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 3. num. 65.

25 Limita 2. in Confraternitatibus,



- bus, & alijs locis pijs pauperibus Feder. conf. 105. quem refert, & sequitur Syluest. in ver. Hospitala num. 16. Pizsec. ubi supra. contrariū tamen videtur colligi ex tex. in cap. procurationes de censibus, ubi dicitur, quod quando Ecclesie visitate sunt pauperes, coniungi debent cum alijs, quæ vnam procurationem componant ita vt singula illam non soluant, sed coniunctim, vnde hanc sententiam tenet Ricc. in Prax. par. 4. ref. 153.
26. Limita 3. quando Episcopus per Diocesim discurret, vt Sacramentum Confirmationis tantum conferat, ita declarauit Sacr. Cong. teste Barbof. de offi. & pot. Episc. p. 3. all. 73. num. 51. & seq. Ricc. in Prax. vt supra par. 4. ref. 156.
27. Obserua tamen, quod Confraternitates, oratoria, & alia Ecclesie visitate equorum vecturas aut ferraturas prestare, non tenentur Clem. 2. de Censib. nisi Visitator sit Prælatus à Papa delegatus, tunc enim ei debetur mercedes equorum, & viaticum, vt de loco ad locum commodè transire possit, vt dicunt DD. quos refert & sequitur Barbof. de offi. & pot. Episc. par. 3. d. all. 73. num. 57.

## S. VIII.

An Episcopus possit compellere Confraternitates Laicorum, vt ad processiones accedant.

28 R Esp. quod non potest eas compellere, sed tantum inui-

tare, vt censuit Sacr. Cong. Concl. prout refert Vulp. in Prax. Iudic. cap. 10. nu. 9. Ricc. in Prax. par. 3. ref. 146.

## S V M M A R I V M.

- 1 Alienatio rerum Ecclesie utroque iure prohibetur.
- 2 Referuntur pœna contra Alienantes.
- 3 Quid veniat nomine pretiosorum mobilium.
- 4 An pretiosa mobilia possint absq. assensu apostolico conuerti in fabricam Ecclesie.
- 5 An extrau. Ambitiose procedat in rebus donatis cum ea conditione, vt Ecclesia possit illis alienare.
- 6 Fratres S. Francisci de obseruantia possunt bona sibi relicta alienare sine solemnitate.
- 7 An extrau. Ambitiose procedat in alienatione patrimonij, ad cuius titulum quis fuit ordinatus.
- 8 An Clericus sine licentia Ordinarij possit patrimonium huiusmodi alienare, si tempore alienationis habeat congruam sustentationem.
- 9 Particula, donec, est restrictiua temporis, & suspendit facultatem ad tempus.
- 10 Si fiat instrumentum alienationis bonorum Ecclesie cum clausula constituti, incurruntur pœnæ d. extrau.
- 11 Limitatur, si pretium non fuit solutum, neque fuit de eo habitata fides.
- 12 Extrau. Ambitiose locum habet in bonis locorum piorum.
- 13 Quæ dicantur loca pia, & nu. 14.
- 15 An officiales, seu Administratores locorum

- locorum piorum possint facere com-  
promissum .
- 16 An alienans particulas reliquia-  
rum incurrat pœnas d. extrau.
- 17 Res alienata nullo restituto pre-  
tium ad Ecclesiam reuertuntur .
- 18 Datur emptori contra malè alie-  
nantem, & eius heredes actio ad  
pretium, & interesse.
- 19 Declaratur, quando emptor est  
bona fidei, secus si mala fidei.
- 20 Emptor recursum habet contra  
Ecclesiam quatenus est effecta  
locupletior .
- 21 Mala fidei emptor debet fructus  
perceptos in pretium compensa-  
re .
- 22 Rector ipse, qui malè alienauit,  
potest alienationem tamquam nullam  
reuocare, ac bona repetere .
- 23 Alienatio ecclesie damnosa potest  
reuocari etiam si præcesserint solē-  
nitates .
- 24 Alienatio est nulla volente Eccle-  
sia, secus si Ecclesia velit stare  
alienationi .
- 25 Idem dicitur in minore .
- 26 Impetrato assensu apostolico ca-  
tera solemnitates iuris non sunt  
necessarie .
- 27 Ecclesia potest pœnitere ante im-  
petratum assensum Pape, nō au-  
tem post illum obtentum .
- 28 Per d. Extrau. non prohibetur  
alienatio ex causa necessaria .
- 29 Bona Ecclesie non possunt alienari  
pro debito, quod solui potest ex  
fructibus .
- 30 An contrahens cum Ecclesia te-  
neatur esse sollicitus de versione,  
& num. 31. & 32 .
- 33 Versio an ex confessione Prælati  
probetur .
- 34 Alienatio facta pro extinguendo  
censu dicitur facta causa utilita-  
tis, non necessitatis .
- 35 An d. extrau. sit vsu recepta .
- 36 In dubio præsumitur vsu rece-  
pta .
- 37 An Confessarius, & Iudex sequi  
debeant in hoc consuetudinem  
loci .
- 38 Doctoribus affirmantibus legem  
esse receptam, alijs verò neganti-  
bus, an possit quis tuta conscien-  
tia negantium sententiam sequi .
- 39 Per lapsum 30. annorum præsu-  
mitur beneplacitum apostolicum .
- 40 Hæc conclusio declaratur, & li-  
mitatur .
- 41 Ultra lapsum temporis requiri-  
tur obseruantia continuata per  
spatium 30. annorum .
- 42 Non currit præscriptio à tempore  
Rectoris malè alienantis, neq. post  
illius mortem, nisi data scientia  
Successoris .
- 43 Aduersus præscriptionem datur  
Ecclesie restitutio .

## CAP. IV.

De Alienatione rerum  
Ecclesie .

## S. I.

Quas pœnas incurrant alienantes  
bona Ecclesia .

**A**LIENATIO rerū  
Ecclesie utroque  
iure Cæsareo vide-  
licet, & Canonico  
semper fuit prohi-  
bita, et constat ex Liubemus 2. &  
E in

in *Auth. hoc inus porrectum C. de Sacros. Eccles. & in lib. Decret. 12. q. 2. per tot. presertim in cap. sine exceptione, & in lib. Decretalium in tit. De reb. Eccl. aliena. vel non. precipue in cap. nulli, & in eod. tit. in 6. ut obseruat etiam Quaran. in ver. Alienatio rerum Ecclesie in principio. & hodie attenditur precipue constitutio Pauli II. qua incip. Ambitiose relata inter extran. commun. sub tit. de Reb. Eccl. non alien. vbi alienantes bona Ecclesie immobilia, vel mobilia pretiosa sine beneplacito sedis Apostolicae excommunicantur, ac priuantur eo ipso beneficijs, quoru bona alienarunt: illi etiam, qui res alienatas receperint, excommunicationi subiiciuntur, & contractus ipse nullus, & inualidus declaratur. Regulares vero vltra prefatas penas incurrunt etiam ipso facto priuationem vocis actiue, & passiuę, ac perpetuam inhabilitatem ad illam in posteru obtinendam sublata etiam Generali, & Proceptori illam moderandi, aut relaxandi facultate ex decreto Sac. Congregationis iussu Urbani VIII. edito sub die 7. Septembris 1624. prout refert Bonacin. in tract. de Alienat. honor. Eccles. disp. 2. q. vn. pun. 1. num. 8.*

## §. II.

*Quid veniat nomine pretiosorum mobilium.*

**R** Esp. quod veniunt vasa argentea, vestes pretiosę, quę diutius seruari possunt, Grex ouium armentum Bouum, pręsepi um

equorum Rico. in Prax. for. Eccles. par. 1. ref. 58. Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 95. num. 39. item arbores fructiferę, & his similia. Nau. conf. 7. de Reb. Eccl. alien. vel non. Bonacin. loco cit. disp. 2. q. vn. pun. 2. nu. 8. Quare vendi quidem possunt Agni, Arietes, Hirci, Hędi, & Vituli, non tamen potest alienari totus Grex sine solemnitate Vulp. in Prax. Iudic. cap. 6. n. 8. Dicit tamen Ricc. in Prax. ut supra par. 1. ref. 631. quod huiusmodi pretiosa mobilia absque assensu Apostolico possunt alienari, quando illorum pretium conuertitur in fabricam eiusdem Ecclesie.

## §. III.

*An dispositio d. extran. Ambitiose procedat in rebus donatis, vel legatis alicui Ecclesie cum expressa conditione, vt illas Ecclesia possit ad libitum alienare.*

**R** Esp. affirmatiue, quia hęc conditio tamquam illicita reijcitur cap. tua nobis de Testamen. Vulp. in Prax. iudic. cap. 6. num. 35. Barbof. d. par. 3. alleg. 95. numer. 70. quod intellige, quando donantur, vel legantur ecclesie incapaci, secus si incapaci, quę non potest retinere in communi, quales sunt fratres Sancti Francisci de obseruantia, quia tunc possunt bona huiusmodi alienari sine solemnitate, & pretium in vtilitatem Ecclesie conuerti, etiamsi in tali legato facto incapaci caueatur quod

quod non possint alienari *Quarant. in ver. Alienatio rerum ecclesie. nu. 32. & num. 41. vers. Sexto. Barbof. loco cit. num. 59. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 64. Gabr. commun. conclus. lib. 6. tit. de Pia caus. concl. 2. nu. 14.*

## § IV.

*An dispositio dicta extrau. procedat in alienatione patrimonij, ad cuius titulum quis fuit ordinatus.*

**7** *R* Esp. negatiuè, quia in hoc Concilium Tridentinum. *sess. 21. de ref. cap. 2. requirit tantum licentiam Episcopi Paris. de Resign. Benefic. lib. 2. q. 6. num. 1. & 35. Nau. cons. 14. nu. 2. de Tempor. ordin. & in Man. cap. 22. num. 18. vers. tertio, quos refert, & sequitur Ricc. in Prax. for. Eccles. p. 1. ref. 82. vbi etiam dicit, quod si Clericus tempore alienationis habeat congruam sustentationem, tunc absque licentia Ordinarij poterit bona, ad quorum titulum ordinatus fuit, alienare, & hanc sententiam tenent etiam *Garc. Cenal. & alij apud Bonacin. de Sacram. disp. 8. q. vn. pun. 5. num. 41. quia illa particula, donec aliunde habeant vnde viuere possint, apposta in Concilio loc. cit. est restrictiua temporis, & suspendit facultatem ad tempus l. legatum ff. de Ann. leg.**



## § V.

*An incurrantur pœne d. Extrau. si fiat instrumentum alienationis bonorum Ecclesie cum clausula constituti.*

**10** *R* Esp. affirmatiuè, quia per clausulam constituti regulariter transfertur omnis possessio, tam naturalis, quam ciuilis *Ror. coram Card. Caualer. dec. 128. n. 6.*  
**11** verum si pretium non fuit solutū, neque fuit habita de eo fides, non incurrantur eo casu supradictæ pœne, quia tunc neque dominij, neque possessio aliqua per clausulam constituti transfertur *S. vendita Instit. de Rer. diuis. Vulp. in Prax. Iudic. cap. 6. nu. 11.*

## § VI.

*An dispositio d. extrauag. locum habeat in bonis Hospitalium, & Confraternitatum.*

**12** *R* Respondet *Vulp. in Prax. Iudic. cap. 6. num. 25. & alij plures, quos refert, & sequitur Gab. commun. conclus. lib. 6. tit. de Pia causa conclus. 2. num. 9. quod si confraternitates, & Hospitalia sint loca pia, requiritur solemnitas, quæ requiritur in alienatione rerum Ecclesie, dicuntur autem loca pia, si sunt erecta auctoritate Episcopi, vel si bona eorum sint destinata in alimoniam pauperum, aut si ibi adsit campana, & publicè celebrentur diuina, vel si in illis ser-*

uara sit hospitalitas per tempus  
immemorable latè Gabr. loco  
cit. concl. 1. num. 22. & d. concl. 2.  
numer. 5. & 6.

- 14 Obserua tamen, quod quando  
in dictis Confraternitatibus exer-  
centur opera charitatis, & pieta-  
tis, & exercitia spiritualia, sem-  
per dicuntur loca pia, etiamsi e-  
recte nõ fuerint auctoritate Epif-  
copi, & ideo earum bona aliena-  
ri non possunt sine assensu apo-  
stolico, ut dicunt DD. quos refert,  
& sequitur Diana p. 4. tr. 1. ref. 37.  
15 Unde nec possunt Administratores  
facere compromissum de bonis  
huiusmodi locorum, quia com-  
promissum est species alienatio-  
nis Antonin. var. resol. lib. 2. ref. 2.  
num. 4. Quarant. in ver. Alienatio  
rer. eccles. nu. 20. dicit tamen Ferr.  
qq. mor. par. 2. q. 55. quod cum li-  
centia Episcopi, coram quo con-  
stare debet de utilitate ecclesie,  
possunt officiales facere compro-  
missum, exemplo Tutoris, vel Cu-  
ratoris, qui licet ex se non possit  
facere compromissum, de rebus  
pupilli, & minoris, compromitte-  
re tamen potest cum solemnitate,  
& licentia Iudicis, ut dicunt Do-  
ctores apud Gratian. discept. 586.  
num. 52. Sed hoc procedere po-  
test, si compromissum fiat de re-  
bus, quas Episcopi auctoritate  
ordinaria alienare possunt iuxta  
cap. Terrulas 12. q. 2.



## S. VII.

An Prælati, aut Rector Eccle-  
sie alienans particulas Reli-  
quiarum insignium, aut  
in muro clausuram in-  
currat in excom-  
municationem  
d. extrau.

- 16 **R** Esp. quod licet huiusmodi  
Reliquia alienari non pos-  
sint sine consensu Sedis Apostoli-  
cæ iuxta stilum Curie Romanæ,  
quia sunt res valde pretiosæ, quæ  
seruando seruari possunt, illas  
tamen alienans non incurreret ex-  
communicationem d. extrauag.  
quia ibi sermo videtur esse de bo-  
nis temporalibus pretio æstima-  
bilibus, ut d. Bonacm. d. tract. de  
Alien. bon. Eccles. quest. vn. punct.  
2. num. 31. quicquid in contrarium  
dicat Barbof. de offic. & pot. Episc.  
par. 3. all. 95. num. 39. Ricc. in Prax.  
for. Eccles. par. 1. ref. 60.

## S. VIII.

An Ecclesia repetens bona malè  
alienata teneatur restituere  
pretium.

- 17 **R** Esp. quod res alienate nullo  
restituto pretio regulariter re-  
uertuntur ad Ecclesiam c. 1. de Sobism.  
d. extrau. Ambitiosè in fin. S. quis  
igitur in Auth. de non alienan. c. 5.  
Ecclesie verò competit interdictum  
vnde. vi quoad res alienatas Ricc.  
in collect. decif. 2164. par. 6.  
18 Datur tamen emptori contra  
male

malè alienantem, & eius hæredes actio non solum ad pretium, sed etiam ad interesse §. 1. in fin. in Auth. de alien. & emphiteusi Abb. in d. cap. 1. in fin. Leo in T. bes. for. eccl. par. 1. cap. 15. nu. 64. Ricc. in collect. decis. 3054. & in Prax. for. eccl. par. 1. ref. 17. & par. 3. ref. 559.

19 quod procedit, quando emptor est bonæ fidei, quia si esset malæ fidei, non potest agere ad interesse contra Prælatum malè alienantem, sed tantum ad pretium iuxta l. fin. §. emptor, ubi glos. et DD. C. commun. de leg.

Hæc tamen intellige, quando pretium versum non fuit in utilitatem Ecclesiæ, secus si constiterit pecunias in utilitatem Ecclesiæ fuisse erogatas, quia tunc emptor 20 recursum habebit cõtra Ecclesiã quatenus esset effecta locupletior d. §. 1. in fin. in Auth. de Alien. & emphiteusi Marc. decis. 1076. & alij quos refert & sequitur Ricc. in collect. dec. 2164. par. 6. verum malæ fidei emptor cum fructus suos non fecerit, debet illos in pretium compensare ut dic. Ricc. in Prax. par. 3. ref. 559.

## §. IX.

18 An Rector ipse, qui malè, vel sine solemnitate alienauit, possit alienationem tãquam nullam reuocare, ac bona re-  
petere.

22 R Esp. affirmatiuè etiam non obstante iuramèto franc. Marc. decis. 43. & 1075. Magon. decis. 61. Grammat. dec. 79. & alij apud Ricc.

in prax. for. Eccles. par. 1. ref. 118. & in collect. dec. 2164. par. 6. quod pro-  
23 cedit etiam si præcesserint solemnitates requisitæ, quia si alienatio huiusmodi esset damnosa Ecclesiæ, poterit ab eodem Rectore reuocari, ac rescindi per beneficium restitutionis Grammat. d. decis. 79. Ricc. in collect. decis. 46. par. 1. Guid. Pap. dec. 159. & ibi Add.

24 Notandum tamè est, quod alienatio rerum Ecclesiæ est nulla volente ecclesia, secus si ecclesia vel let stare alienationi, quia huiusmodi solemnitates in fauorem ecclesiæ sunt introductæ, & ideo hæc nullitas non potest ab alio allegari Cachéran. dec. 94. n. 25. Chartard. dec. 46. Put. dec. 310. li. 1. & dec. 365. n. 5. lib. 2. apud Ricc. in Collect. decis. 3054. parte 7. & in Prax. parte 1. resolutione 7. sicut etiam dicitur de minore prohibito vendere  
25 sine certa solemnitate, si velit actum valere Rot. dec. 262. nu. 7. & seq. par. 3. Diuer.

## §. X.

An impetrato assensu apostolico sint adhuc necessariae aliæ solemnitates à iure requisitæ.

26 R Esp. negatiuè, quia Papa est Dominus, & dispensator omnium bonorum ecclesiarum, & ad eius libitum potest disponere. Ruin. conf. 157. n. 4. & 11. Dec. conf. 142. num. 5. quos refert, & sequitur Vulp. in Prax. iudic. cap. 6. n. 9.

Sed obserua, quod licèt detur locus pœnitentiæ in alienatione rei ecclesiæ cum reseruatione bene-

neplaciti apostolici ante illius im-  
 27 obtentum ecclesia nō potest por-  
 nitere, etiam antequam aliena-  
 tio confirmetur *Ricc. in collect. de-  
 cis. 706. & dec. 3054.*

## §. XI.

*An per d. extrauag. prohibeatur  
 alienatio ex causa necessaria.*

28 **R**esp. negatiuē, & ideo quando  
 ecclesia est grauata per fidei  
 commissum, potest restituere ab-  
 sique solemnitate *Quarant. in ver.  
 alienatio nu. 45. limit. 16. Barbos. de  
 offic. & pot. Episc. par. 3. all. 95. n. 61.*  
 ita etiam si ex bonis mobilibus  
 persolui non possit debitum ab  
 ecclesia legitimē contractum, fie-  
 ri potest exequutio, & subhastatio  
 auctoritate Iudicis ecclesiastici  
 super bonis stabilibus ecclesię  
*Lalienati ones ff. famil. ercise. Qua-  
 rant. loco cit. n. 36. vbi etiam dicit,*  
 quod in tali casu pro paruo debi-  
 to non est distrahenda res magna  
 29 & si adsunt fructus pro satisfac-  
 tione, non possunt alienari bona  
 ecclesię, quia licet Prælatus  
 possit fructus ecclesię pro se re-  
 tinere, hoc procedit, quando non  
 subest necessitas alienandi *cap. hoc  
 ius porreētum 10. q. 2. glos. in cap. 1.  
 ver. defensore de Reb. eccles. non  
 alien. in 6. Sylu. in ver. alienatio n.  
 2. Genuens. in Prax. Archiep. c. 89.  
 n. 4.* Vnde alienandi rem ecclesię  
 necessitas non dicitur, vbi ex fru-  
 ctibus ecclesię absque alienatio-  
 ne necessitatibus potest prouide-  
 ri *Rot. in Bononien. S. Appollinaris*

24. Martij, & 20. Junij 1586. co-  
 ram Orano.

30 Notandum est etiam, quod si  
 fiat alienatio ex causa necessaria,  
 contrahens cum ecclesia tenetur  
 esse sollicitus de versione, secus  
 quando ex voluntaria *Rot. decis. 8.  
 n. 10. & 11. decis. 29. n. 1. & dec. 287.  
 n. 4. & seq. & dec. 681. nu. 5. par. 1. in  
 Recent. ut refert Beiramin. ad Gre-  
 gor. dec. 511. n. 33.* debet similiter  
 probari pecuniam fuisse versam.  
 31 in utilitatem ecclesię in mutuo  
*d. 9. 1. in fin. in Auth. de alienat. &  
 emphiteus. Greg. d. decis. 511. n. 12. &*  
 32 in venditione facta pro soluen-  
 dis debitis ecclesię *Add. ad Qua-  
 rant. in ver. alienatio n. 36. littera h.  
 Ricc. in collect. decis. 2336. par. 6. &  
 dec. 3054. par. 7. & in Prax. for. ec-  
 cles. par. 1. ref. 2. & 3. vbi etiam di-*  
 33 cit, quod versio probatur ex cō-  
 fessione Prælati concurrentibus  
 alijs adminiculis, & coniecturis.  
 34 alienatio verō facta pro extin-  
 guendo censu dicitur facta causa  
 utilitatis, non autem necessitatis,  
*ut decisum refert idem Ricc. in col-  
 lect. dec. 3054. par. 7.*

## §. XII.

*An d. extrau. Pauli I I. sit vsu  
 recepta.*

35 **A**lij asserunt d. extrau. in ali-  
 quibus locis nullatenus esse  
 receptam ita *Sylu. in ver. excomm.  
 7. n. 83. Vulp. in Prax. Iudic. cap. 6.  
 n. 20. vbi alios refert;* alij verō di-  
 cunt in multis locis d. extrauagan-  
 tem esse receptam quoad disposi-  
 tionem principalem, & nullitate  
 con-

contractus, non tamen quoad pœnam extrinsecam maximè priuationis beneficiorum *Nau. in man. cap. 27. nu. 150. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. resolut. 118. & alij apud Garc. de benef. par. 2. capitulo. 1. num. 87. Quarant. in ver. alienatio numero 84.*

Alij verò aiunt, illam esse ubique receptā itā *Redoan. de Reb. eccles. q. 58. n. 25. Borgnin. dec. 43. à nu. 71. Mastrill. dec. 77. n. 8. Borrell. in sum. decis. par. 1. tit. 15. n. 51. & tit. 16. nu. 24. & seq. Garc. de Benef. par. 2. c. 1. n. 41. & 42. & alij plures, quos refert, & sequitur Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 95. n. 49. ubi etiā dicit, itā in terminis fuisse resolutū in Rot. Rom. in vna Brixien. locutionis 5. Decembris 1594. coram Pagnā, impressa apud Farinac. decis. 30. n. 5. par. 1. Recent.*

<sup>36</sup> In dubio autē præsumitur vsu recepta, cum sit inserta in corpore iuris *Benintend. dec. 13. n. 9. Rot. decis. 262. n. 6. par. 3. Diuers. Ricc. in collect. decis. 1673. par. 5. & in Prax. for. eccles. par. 1. res. 91. ubi alias Rotæ decisiones refert, & idē non vsus debet probari Benintend. loco cit. idem Ricc. in collect. decis. 3054. par. 7.*

<sup>37</sup> Sed quæres, an confessarius, & Iudex in hoc sequi debeāt consuetudinem loci? affirmatiuè respondet *Nau. in man. c. 27. nu. 149. ubi citat Caiet. addit Azor. par. 1. lib. 2. cap. 19. q. 12. quem refert, & seq. Diana. par. 1. tract. 10. resol. 3.* quod si inter autores sint probabiles sententiæ, quibusdam affirmantibus, legem esse receptam alijs contra negantibus, potest

quis tuta conscientia sententiæ negantium adherere.

### §. XLII.

*An in factō antiquo præsumatur solemnitas.*

<sup>39</sup> Communis est opinio, quod per lapsum 30 annorum præsumitur interuenisse beneplacitū apostolicum, ut dicunt Doctores quos refert. & sequitur *Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 95. n. 72.* hoc tamen procedit, quando in instrumento nihil dicitur de solemnitate *Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. res. 561. ubi alios refert: secus si ex instrumento constaret, solemnitatem fuisse defectiuam, & minus legitimam, vel si in contractu reseruetur beneplacitum Papæ per clausulam, si, & quatenus beneplacitum, & consensus sedis apostolicæ interueniat, vel si mota fuerit lis super re alienata intra dictum spatium 30. annorum, tūc enim verè, & non præsumptiuè de assensu sedis apostolicæ constare debet iuxta communem DD. sententiam *Quarant. in ver. alienatio rerum ecclesie n. 46. Ricc. loco cit. & in collect. dec. 3054. par. 7.* Quare vltra lapsum tēporis requiritur obseruantia continuata per totum spatium 30. annorum, de qua constare debet certitudinaliter, non autē præsumptiuè, ut decisum refert *Ricc. in collect. dec. 3125. par. 7.* neque curreret præscriptio à tēpore Prælati, seu Rectoris malè alienātis, neque post illius mortē, nisi data scientia successoris, quāuis currat viuēte Rectore, qui bene*



- ne, & cum solemnitatibus alienauit *Guid. Pap. dec. 150. Quarāt. loco cit. Ricc. in collect. decis. 3054 par. 7. & in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 23.*
- 43 sed aduersus præscriptionem datur nihilominus ecclesiæ restitutio *Ricc. d. ref. 32. & in collect. decis. 2334 par. 6.*
- 16 Ecclesia non potest cogi ad renouandam proximioribus agnatis rem emphyteoticam deuolutam ob lineam finitam, si velit pro se retinere.
- 17 Limitatur stante cōsuetudine immemorabili renouandi.
- 18 Agnati admittuntur ad renouationem, si ecclesia uellet extraneos inuestire.

## S V M M A R I V M.

- 1 An locatio facta ultra triennium uitiatur in totum & n. 2. & 3.
- 4 Non ualet locatio ultra triennium cum clausula, quod tot sint locationes, quot triennia, neque pactum, ut transacto triennio renouetur.
- 5 Potest Prælatu locacionem factā contra formam d. extrau. reuocare.
- 6 Si res ecclesie non fructificat nisi tertio quolibet anno, potest in nouem annos locari.
- 7 Ecclesia potest stare contractui inualido etiam inuito eo, cum quo contractum est.
- 8 An contractus utilis ecclesie sit validus, si fiat sine solemnitate.
- 9 Quando dicatur contractus utilis ecclesie.
- 10 Conductor tenetur ad pensionem etiam si locatio facta fuerit ultra triennium.
- 11 An seruanda sit consuetudo locandi res ecclesie ultra triennium.
- 12 In quo casu emphyteuta excusetur a deuolutione.
- 13 An triennium huiusmodi possit ab Episcopo limitari ad unum, vel duos annos.
- 14 An primus conductor præferatur secundo finita locacione.
- 15 Ecclesia si velit pro se retinere, non tenetur renouare locacionem.
- 16 Extraneo de ipsa emphyteusi inuestito Agnati non admittuntur amplius ad renouationem.
- 20 Idem dicitur si intra annum non petierint talem renouationem.
- 21 Primus conductor non præfertur, si promisi relinquere domum uacuum, liberam, & expeditam finita locacione.
- 22 nihil tam conuenit equitati, quam ut pacta seruentur.
- 23 An una Ecclesia possit rem communem locare inuita altera Ecclesia.
- 24 An Curatus alteri Curato possit commune prædium ad uitam locare.

## C A P. V.

## De Locatione rerum Ecclesiarum.



RES casus excipiuntur in d. extrau. Ambitiosæ, uidelicet locatio ad triennium, concessio emphyteusis in casibus à iure permisis, & alienatio bonorum, quæ seruando seruari non possunt, hic igitur agitur de Locatione.

## S. I.

*An si locatio rerum ecclesie ultra triennium fiat, puta per sex annos, vitietur in totum.*

1 **A**lij putant, locationem rerum Ecclesie factam ad plures annos validam esse quoad triennium ita *Quarant. in ver. alienatio rerum Ecclesie num. 19. Clar. in S. Emphyteusis q. 6. vers. scias tamen, & alij, quos refert, & sequitur Garc. de Benefic. par. 2. c. 1. n. 61. & seq.*

2 Alij verò tenent, in totum vitari; forma enim à lege præscripta esse videtur, nè rerum ecclesie locationes fiant ultra triennium; forma autem est indiuisibilis, seu indiuidua *Bart. cons. 159. num. 8. & alij apud Barbof. de offic. & potest. Episc. par. 3. alleg. 95. num. 5. & ita dixit Rot. decis. 709. num. 6. par. 1. Diuers. & in Brixien. locationis die 10. Decembris 1594. coram Pegna, inter collectas per Farinacc. decis. 30. num. 3. & etiam in alijs causis vt d. Genuens. in Prax. Archiepisc. cap. 60. num. 15. Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 1. ref. 113. & 117. & in Collect. dec. 655. par. 3. & dec. 3054. par. 7. vbi alias Rotæ decisiones recenset.*

3 Quod præcipuè procederet, quando ex coniecturis appareret, locatorem, vel conductorem non minori tempore rem illam, vel locaturum, vel conducturum *Rot. d. decis. 709. nu. 8. par. 1. Diuers. Genuens. d. cap. 60. num. 14. Barbof. d. all. 95. num. 12. Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 1. ref. 115. vel si pro 10-*

to tempore fieret sub vna pensio-  
ne, quia tunc etiam in totum vi-  
tiatur, vt *decisum refert Ricc. d. ref. 115. & in Collect. decis. 3054. p. 7.*  
4 vnde neque valeret locatio vitra triennium cum clausula, quod tot sint locationes, quot triennia, neque valeret pactum, vt transacto triennio renouetur *Genuens. loco cit. Barbof. vbi supra. nu. 17. Ricc. in Prax. par. 1. ref. 114.*  
5 & ideo locationem huiusmodi contra formam d. extrau. factam, etiam cum reservatione beneplaciti apostolici potest Prælati, vel locator ante illud obtentum reuocare *Garc. de Benef. par. 2. cap. 1. numer. 36. Barbof. dict. alleg. 95. nu. 71. Ricc. in Prax. par. 1. ref. 110. in fin.*

Et hæc procedunt in rebus Ecclesie, quæ quotannis coluntur, & ex eis fructus quolibet anno percipiuntur, tunc enim non possunt locari ultra triennium; alioquin, si res ecclesie talis sit conditionis, vt ex ea quolibet triennio vnicus tantum fructus percipiat, poterit in nouem annos locari, quia primum triennium æquiualeat primo anno, ita secundum, & tertium: & si alternatim fructificat, poterit per sex annos locari *Rot. in Veliterna affectus 10. Decembris 1593. coram Litta Cou. lib. 2. var. cap. 16. nu. 6. Quarant. vt supra num. 25. Genuens. d. cap. 60. num. 14. Barbof. par. 3. d. all. 95. n. 4. Ricc. in Prax. par. 1. ref. 111. & in Collect. dec. 655. par. 3. & dec. 3054. par. 7.*

7 Item si Rector Ecclesie vellet stare contractui, posset hoc facere

F non

- non obstante huiusmodi nullitate etiam inuito eo, cum quo contractum est, impetrando tamen ab-  
 solutionem a censuris, ac Sedis  
 Apostolicæ assensum, vel alias cum  
 legitima solemnitate *Innoc. Abb.*  
*& alij in cap. 1. de His, quæ fiunt à*  
*Prelat. in cons. cap. Redoan. de Reb.*  
*eccles. r. d. r. 28. Sarmien. de Reditib.*  
*1. par. cap. 2. n. 20. quos refert Garc.*  
*d. par. 2. cap. 1. num. 74. & ita tenuit*  
*Rot. decis. 133. nu. 12. par. 2. Diuers.*  
 præsertim si contractus sit utilis  
 8 ecclesiæ, tunc enim illum esse va-  
 lidum, etiam si fiat sine solennitate,  
 dicunt plures Doctores, quos cu-  
 mulat Gabr, *commun. conclus. lib.*  
*3. tit. de Rer. alien. concl. 1. vbi sub-*  
 dit, quod vnanimiter omnes vi-  
 dentur admittere, vt ecclesia  
 possit contractum quamuis nullum  
 propter eius utilitatem ratificare  
*Barbos. par. 3. d. all. 95. nu. 25. vbi*  
*alios refert.*
- 9 Dicitur autem contractus utilis,  
 si res ecclesiæ in perpetuum con-  
 cedatur pro eadem pensione, pro  
 qua singulis annis locabatur, quia  
 in locatione rei ecclesiæ in per-  
 petuum regulariter fit diminutio  
 sextæ partis pensionis, cum ec-  
 clesia tunc habeat certitudinem  
 percipiendi singulis annis quid  
 certum pensionis nomine, & li-  
 beretur à futuris periculis, vt  
*decisum refert Ricc. in Collect. dec.*  
*3054. & in Prax. for. eccles. par. 1.*  
*ref. 125.*
- 10 His adde, quod etiam si locatio  
 facta fuerit ultra triennium, non  
 poterit Conductor, qui rem ec-  
 clesiæ detinuit, evitare solutionem  
 pensionis sub prætextu, quod non  
 interuenit consensus Papæ *Garc.*  
*de Benef. d. par. 2. cap. 1. numer. 82.*  
*Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref.*  
*126.*
- 11 Addunt alij, quod si adesset cõ-  
 suetudo locandi ultra triennium,  
 tunc poterit seruari *Paris. cons. 98*  
*lib. 4. Macerat. lib. 2. var. ref. cap. 17.*  
*nu. 16. & seq. Gam. decis. Lusit. 388.*  
*in fin. quos refert, & sequitur Ricc.*  
*in Prax. par. 1. ref. 109.*
- 12 Ex dictis inferitur, quod res em-  
 phyteotica, quæ non fructificat  
 nisi tertio quoque anno, non de-  
 noluitur ecclesiæ, si emphyteuta  
 non soluerit per quinquennium,  
 neque per octo annos si non sol-  
 uerit laico *iuxta term. cap. posuit*  
*de locat. & l. 2. C. de Iur. emphyt.*  
*Nau. in commen. de Alien. rer. ec-*  
*cles. num. 21, quem refert, & sequi-*  
*tur Quarant. in ver. Alienatio n. 18*  
*Ricc. in Prax. par. 1. ref. 111.* quibus  
 adde *Couar. var. lib. 2. cap. 16. n. 6.*  
 vbi dicit, emphyteutam prinati  
 cessantem à solutione per trien-  
 nium non cadere ab emphyteusi,  
 si ex re emphyteotica quolibet  
 biennio vnicus fructus colligatur,  
 quia tunc necessarium est, quod  
 cessetur à solutione canonis per  
 sex annos.
- 13 An verò triennium, de quo in d.  
*extrau. Ambitiose*, possit per edi-  
 cta Episcoporum limitari ad vnum,  
 vel duos annos? affirmatiuè Res-  
 pondet *Barbos. loco cit. nu. 18. vbi*  
*citat Alex. & alios*, quia in d. ex-  
 trau. non iubetur locationes fieri  
 vsque ad triennium, sed prohibet  
 tantum, nè ultra fiant.

## S. II.

*An facta locatione per triennium, si primus conductor uellet retinere rem locatam, præferatur secundo conductori.*

**14** R Esp. affirmatiuè, si offerat augmentum p̄sonis, quod alter adiecit per l. congruit & l. prædia C. de locat. præd. ciuil. vel Fiscal. lib. 11. quarum legum æquitate[m] habere etiam locum in locatione rei ecclesiæ, dicit Rebuff. Cenal. & alij apud Gratian. discip. 357. nu. 42. 40. 2. neque in hoc repugnat extrau. Ambitiosa: quia in ea excipiuntur casus à iure permissi.

**15** Hæc tamen conclusio limitatur primò, nisi ecclesia uelit pro se retinere, quia tunc non tenetur renouare locationem Rot. coram Greg. decis. 45. num. 3.

**16** Ità etiam si rem emphiteoticam deuolutam propter lineam finitam ecclesia uelit pro se retinere, non potest cogi ad illam renouandam, seu confirmandam proximioribus agnatis, quia sicut ecclesia non posset agnatos non comprehensos in inuestitura cogere ad accipiendum inuestituram, pariter & ipsa non debet cogi ad renouandum, quando uult pro se retinere, ut seruetur equalitas Benintend. dec. 19. Clar. in S. Emphiteusis q. 44. quam opinionem sæpius sequuta fuit Rota, ut testatur Rico. in Prax. for. eccles. par. 1 ref. 127. & par. 3. ref. 159. ubi de

*communi, & in Collect. decis. 56. par. 1.*

**17** Secus esset, si adsit consuetudo immemorabilis renouandi, quia tunc ecclesia non potest pro se retinere, sed tenetur ad renouandum, sicut ab immemorabili tempore fieri consuevit Rico. d. ref. 127. par. 1.

**18** Idem dicendum, si ecclesia uellet extraneos inuestire, quia tunc Agnati admittuntur ad renouationem Benintend. d. decis. 19. Rico. d. ref. 159. par. 3. quod intellige re

**19** integra, antequam aliquis extraneus fuerit de ipsa emphiteusi inuestitus; immò etiam si alius inuestitus non fuerit, si intra annum à die, quo sciuerint emphiteusim esse finitam, non petierint talem renouationem, elapso anno amplius non audiuntur Clar. in S. emphiteusis q. 44. & alij communiter.

**21** Secundò limitatur, quando Conductor promisit finita locatione relinquere domum uacua[m], liberam, & expeditam, aut suo iuri expressè renunciauerit, quia tunc primus conductor non præfertur, sed tenetur rem locatam locatori statim restituere finita locatione Rot. in Romana euacuationis 2. Decembris 1615. inter selectas à Farinac. dec. 692. num. 9. & 11. prouisio enim hominis facit cessare prouisionem legis l. fin. C. de Pact. conuent. neq. tunc consideratur allegata æquitas, cum nihil tam conueniat æquitati, quàm ut pacta seruentur l. 1. ff. de Const. pec.

## S. III.

An fiducia Ecclesie habeant rem communem pro indiviso locari solitam, possit altera ex dictis ecclesijs inuita altera rem locare.

23 **R**esp. affirmatiue, dummodo utiliter locet, & iuxta solitum, neque alteret formam locationis in præiudicium alterius: quod procedit etiam in priuatis, potest enim socius inuito socio rem communem pro indiviso locare *Bart. in l. & hæc distinctio §. ult. nu. 2. ff. locat. Rot. d. decis. 692. num. 3. & seq.*

Addit Ricc. in Collect. dec. 655. p. 3 quod si duo Curati habeant prædia indiuisa, alter alteri de consensu Episcopi poterit prædium ad vitam locare; sed hoc procedit in prædiolis iuxta cap. terrulas 12. q. 2. ut nos infra dicemus.

## S V M M A R I V M.

- 1 Quæ conditiones requirantur, ut concessio in emphiteusim fieri possit sine solemnitate.
- 2 Quando dicatur res solita concedi.
- 3 Euidens ecclesie utilitas debet adesse tempore vltimæ concessionis.
- 4 Si alteretur solitum in substantiâlibus, concessio fieri non potest absque Sedis Apostolicæ beneplacito.
- 5 Quando dicatur alteratio circumstantiâ, & num. 6. & 7.
- 6 In iure non est permissa concessio emphiteusis ecclesie ultra tres

personas, scilicet recipientis, filiorum, & nepotum, & nu. 9.

10 Declaratur, & limitatur supra dicta conclusio, & numero. 11. & 12.

13 Quando res sterilis in emphiteusim datur ei, qui illam fertilem fecit, potest in perpetuum concedi.

14 An concessio in emphiteusim vitietur in totum, quando alteratur consuetudo.

15 An Prælati possit sine solemnitate infeudare, vel in emphiteusim concedere res solitas concedi, quando cessat prima causa concessionis.

16 Et quid, si est incorporata mensa ecclesie.

17 Et an possit de nouo concedi res data ecclesie cum pacto, quod alienari non possit.

## C A P. VI.

Quibus casibus concessio in emphiteusim absq. assensu apostolico fieri possit.



T concessio in emphiteusim fieri possit sine solemnitate d. extrat. ambrosiana, tres conditiones requiruntur, videlicet ut fiat de bonis solitis ab antiquo dari in emphiteusim, & cum euidenti utilitate, & in casibus à iure permissis, ut notant DD apud Quarant. in ver. alienatio n. 39. Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 95. n. 22. Bonac. in tract. de alien. bonor. eccles. disp. 2. q. vn. pun. 2. n. 20.

¶ Dicitur autem res solita concedi, si præcesserint duæ concessionis sine solemnitate effectum sortitæ simul cum cursu 40. annorum secundum communem opinionem *Quarant. in ver. alienatio num. 40. clar. §. feudum q. 13. vers. nunc pro intelligentia; vel si præcedat vna tantum concessio cum solemnitate*, quia tunc illico dicitur res solita locari ita vt non requiratur lapsus 40. annorum *Genuens. in Prax. Archiep. cap. 60. n. 5. Clar. loco cit. Ricc. in collect. decis. 3054. par. 7. & in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 112. quicquid dicat Piussec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 5. n. 3. vers. secundus casus Barbof. d. par. 3. all. 95. & alij.* verum ad hunc effectum vt dicatur valida, non præsumitur solēnitas spatio 30. annorum, sed de ea debet verè, & realiter constare, *decisum refert Ricc. in Prax. par. 1. ref. 26. & d. ref. 112.*

¶ Euidens verò ecclesiæ utilitas debet adesse tempore nouæ, seu vltimæ concessionis, & non sufficeret, illam adfuisse in antiqua, & ita pluries *decisum fuisse refert Genuens. d. cap. 60. n. 6. & 7. Barbof. d. all. 95. nu. 34. Ricc. in collect. decis. 3054. par. 7. & in Prax. for. eccles. par. 1. resol. 4.*

### §. I.

¶ An requiratur beneplacitum apostolicum, quando in concessione rei solita alienari alteratur solitum circa substantialia.

¶ Resp. affirmatiuè, talis enim alteratio videtur noua alienatio *Clar. in §. emphiteusis q. 28.*

*vers. aut verò, & in §. feudum q. 13. vers. scias tamè Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 26. & in collect. dec. 3054. & hanc esse communem dicit Quarant. loco cit. n. 40. Rot. in foro sempronien. seu Eugubina bonorum emphiteoticorum 7. Maij 1638. coram Coccino.*

Tunc autè alteratio censetur circa substantialia, quando in secundainuestitura adiicitur noua conuentio, seu noua qualitas, puta si emphiteusis soleat concedi masculis, & concedatur fœminis *Genuens. in Prax. cap. 60. n. 6. Quarant. loco cit. 2. si pro extraneis concederetur, cū tamè esset solita cōcedi pro descendantibus Clar. loco cit. Bonacin. d. tract. de alienat. bonor. eccles. disp. 2. q. vn. pun. 2. nu. 20. Ricc. in Prax. par. 1. ref. 26. & in collect. dec. 3054. par. 7.* Vnde si res alienata fuit cum pacto, quod non transeat ad extraneos, non poterit alienari, vt transeat absque solemnitatibus *Rot. in Imolen. bonorum 21. Maij 1593. coram Pamphilio, quam refert idem Ricc. in collect. decis. 2342. par. 6. 3. si prima inuestitura esset pro filijs, & nepotibus, & secunda inuestitura esset pro filijs, nepotibus, & pronepotibus, vel in perpetuum Bonac. loco cit. d. q. vn. pun. 2. n. 20. Rot. in d. foro sempronien. seu Eugubina coram Coccino, vbi dictum fuit, quod in iure non est permissa concessio emphiteusis ecclesiæ ultra tres personas, scilicet recipientis, filiorum, & nepotum, vt constat ex §. emphiteusim §. quia verò Leonis quidem §. quod autè dictum est vers. illum verò Auth. de*

de non alienan. aut permut. quam  
 9 legem approbauit summus Ponti-  
 fex in cap. nulli de Reb. eccles. nō  
 alien. ibi, & emphiteusis perpe-  
 tuum contractum, per quē textū  
 corrigitur auth. de alien. & embt.  
 in princip. vers. si verò, vbi dicitur,  
 emphiteusim rerū ecclesiæ pos-  
 se concedi etiam in perpetuum.  
 ita resoluit Rot. in d. forosemproniz,  
 seu Eugubina, & alias decisiones  
 refert Ricc. in collect. dec. 3054. p. 7.  
 & hanc esse communem d. Clar. in  
 §. emphiteusis q. 34.

10 Hoc tamen procedit, quando  
 simpliciter conceditur emphiteu-  
 sis in tertiam generationem, nam  
 in dubio etiam persona ipsius ac-  
 quirentis computatur, & tunc Pa-  
 ter vti generatus ab aliquo dicitur  
 in prima generatione passiuè  
 suscepta, filius in secunda, & ne-  
 pos in tertia cap. parentela 35. q.  
 5. Castrens. in cons. 338. nu. 2. lib. 2.  
 Rot. in d. forosempronien. coram  
 Coccino.

11 Secus esset, quando in inuesti-  
 tura apposita sunt aliqua verba,  
 ex quibus appareat, esse distinctā  
 personam acquirentis ab alijs de-  
 scendentibus, puta si concedatur  
 alicui emphiteusis vsque ad tertiā  
 generationem expletam, tunc  
 enim comprehenduntur etiā pro-  
 nepotes iuxta communem Docto-  
 rum sententiā, vt d. Clar. in §. em-  
 phiteusis d. q. 34. idem dicendum,

12 si concedatur vsque ad tertiam  
 ipsius acquirentis generationem,  
 nisi fortè præcedat expressa de-  
 terminatio personarum, puta si  
 concedatur pro se, filijs, & nepo-  
 tibus, & postea addita reperian-

tur verba illa, vsque in tertiam  
 ipsius generationem, hoc enim  
 casu hæc verba, nè contrarientur  
 antecedentibus, debēt similiter  
 exponi pro recipiente, eiusque  
 filijs, & nepotibus, vt dicit Rota  
 in d. forosemproniz. seu Eugubina.

13 Obserua tamen, quod quando  
 res sterilis in emphiteusim datur  
 ei, qui illā fertilem fecit, tunc pos-  
 test etiam in perpetuum concedi  
 cap. ad aures de Reb. Eccles. non  
 alienan. & ibi glos. vers. hereditario  
 Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. resol.  
 130. dicitur autē res sterilis, non  
 modò si sit omninò sterilis, sed  
 etiam si aliquam modicam afferat  
 vtilitatem Idem Ricc. in collect. dec.  
 3054. par. 7. vbi etiam decisum re-  
 fert, quod hoc casu vtilitas respi-  
 citur tempore primæ cōcessionis,  
 quando bona erant sterilia, non  
 autem tempore renouationis.

Quæres, an concessio in emphi-  
 teusim vitietur in totum, quando  
 alteratur, seu mutatur consuetu-  
 do, vel potius substineatur qua-  
 tenus facta est intra solitam for-  
 mam?

14 Resp. quod si recipit commodā  
 diuisionem, tunc substinetur in  
 ea parte, quia vtile per inutile,  
 non vitietur, etiam si vnica tantū  
 concessio facta esset: sed si dare-  
 tur casus, in quo vtile ab inutili nō  
 possit commodè diuidi, tunc tota  
 concessio vitietur Clar. in §. em-  
 phiteusis q. 6. vers. scias tamen & in  
 §. feudum q. 13. in fin. vbi dicit, hæc  
 esse veriorē, & magis communem  
 opinionem. Vnde si prima concessio  
 erat pro masculis tantum, & se-  
 cunda fiat etiam pro fœminis, va-  
 lebit

lebit quoad masculos tantum *Genuens. in Prax. Archiep. cap. 60. nu. 6. ubi testatur de communi, ita etiam si res ecclesie solita erat concedi in tertiam generationem, & concedatur ultra tres, valebit concessio vsque ad tertiã, licet quoad reliquas sit nulla Rot. in Vlixbonã, 2. Junij 1567. coram Sarmiento, quam refert Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 115. & in collect. dec. 3054. par. 7. ubi etiam citat Castrẽs. in Auth. qui rem in fin. & ibi Dec. n. 2. Gagnol. n. 60. C. de sacros. eccles. & alios, & est communis opinio.*

## §. II.

*An Prelatus possit sine solemnitate infeudare, vel in emphiteusim concedere res solitas concedi, quando cessat prima causa concessionis.*

**R** Esp. negatiuè, & ideò quando res inculta data esset in emphiteusim, vt reduceretur ad culturam, si postea redacta ad culturam rediret ad ecclesiam, non poterit de nouo concedi absque assensu sedis apostolicæ, quia tunc fieri non posset cum euidentia ecclesie utilitate *Piasec. in Prax. Ep. par. 2. cap. 5. numer. 32. Benintend. decis. 13. num. 8. Ricc. in Collect. dec. 2330. par. 6. & in Prax. par. 1. ref. 4. & alij apud Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 95. num. 33. idem dicendum, quando ecclesia tempore primæ concessionis erat diues, nunc verò paupertate laboraret *Genuens. in Prax. Archiep. c. 60.**

*num. 6. ubi de commun. secus esset si prima causa concessionis adhuc duraret Ricc. in Prax. par. 1. d. ref. 4. & in Collect. dec. 3054. par. 7.*

## §. III.

*An possit alienari res solita concedi, si est incorporata mensa ecclesie.*

**R** Esp. negatiuè, & ideò si Prelatus expressè describi faciat rem reuersam inter bonamensam, aut si collegerit fructus ipsius, prout solet facere de alijs rebus incorporatis, non poterit huiusmodi rem iterum in emphiteusim concedere, quia hic casus non reperitur à iure permissus *Clar. in §. feudum vers. nunc pro intelligentia Guid. Pap. dec. 154. nu. 3. Ricc. in collect. dec. 2342. p. 6. & decis. 3054. par. 7. Barbos. d. all. 95. nu. 29. & alij communiter.*

**17** Addit *Genuens. in Prax. ut sup. cap. 60. n. 6. quod nec potest de nouo concedi res data ecclesie cum conditione, & pacto, quod alienari non possit, hoc enim casu ecclesia huiusmodi rem neque ex causa necessitatis distrahere potest, si habeat alia bona *glos. in cap. verum de cõdit. app. Afflic. dec. 17. n. 5. vers. octauo.**

## S V M M A R I V M.

**1** *Quæ dicantur bona, qua seruandò seruari non possunt, & num. 2.*  
**3** *Beneficiatus potest arbores infructiferas absque solemnitate alienare.*



- 4 An beneficiatus, qui syluam inutilem, aut antiquum oliuetum extirpat, ut ibidem vineam plantet incidat in pœnas extrau. ambitiose.
- 5 Pecunia numeratur inter bona, quæ seruando seruari non possunt.
- 6 Quibus casibus pecunia cõputetur inter immobilia, & num. 7. & 8.
- 9 Pecunia deputata ad bona immobilia emenda insumi potest in emendis eisdem bonis absque assensu apostolico.
- 10 An fructus beneficij locari possint ultra triennium.
- 11 Quid, si quis obligat se actione personali ad dandam commoditatem percipiendi fructus ultra triennium.

## CAP. VII.

De bonis, quæ seruando seruari non possunt.

- 1 **B**ona quæ seruando seruari non possunt, ea censentur, quæ triennio durare non solent quales sunt fructus, vestes attrite etiam si pretiosæ fuerint, animalia superuacua, & his similia, ut d. glos. sing. in l. vn. C. si aduer. usu cap. & alij apud Genuens. in Prax. Archiep. cap. 60. n. 10. & seq. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. resol. 76.
- 2 Itẽ arbores opacę, vetustę, corruptę, vel infructiferę, quas Beneficiatus liberẽ potest incidere, præsertim si ex earũ incisione fundus reddatur fructuosior Nau. cõf. 6. nu. 2. de Reb. eccles. & c. Tiraq. de Retr. conuent. §. 5. glos. 1. à n. 23. vsq;

ad 30. Redoan. de reb. eccles. q. 79. c. 7. quos refert, & sequitur Quarant. in ver. alienat. n. 33. Bonacin. in tract. de alienat. bonor. eccles. disp. 2. q. vn. pun. 2. n. 8. & ideò Beneficiatus potest etiam huiusmodi arbores absque solemnitate alienare Nauar. cõf. 6. in fin. de reb. eccles. etiam si alię arbores non substituantur in locum inutilem Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. res. 130. quicquid dicat Quarant. & Bonacin. locis cit. & alij. Vnde pœnas dictę extrauag. non incurreret Beneficiatus, qui oliuetum antiquum, quod modicos fructus reddit, aut syluam inutilem extirpat, ut ibidem vineam plantet Nau. d. cõf. 6. de reb. eccles. Ricc. in Prax. d. par. 1. res. 130. quamuis contrarium teneat Bonacin. loco cit. punct. 2. n. 8. ubi alios refert.

- 3 Pecunia quoquẽ inter bona, quæ seruando seruari non possunt regulariter numeratur Genuens. d. c. 60. n. 11. Quarant. in ver. alienatio n. 25. aliquando tamen computatur inter immobilia, videlicet si redacta sit ex venditione rei siue immobilis, siue mobilis pretiosę Quarant. ubi sup. n. 25. Bonacin. d. pun. 2. nu. 5. Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 95. n. 41. contra Genuens. d. cap. 60. n. 13. & alios per eũ
- 4 relatos: vel si destinata sit ex voluntate superioris, vel testatoris, aut donantis ad emptionem stabiliũ, censuum, vel mobilium pretiosorum, qualis est pecunia, quæ pro monialium dote, aut sustentatione traditur, ut dicunt DD. citati, Ricc. in Prax. for. eccles. parte 1. res. 67. quod eo magis procedit in pe-

pecunia non otiosa, sed fructifera, qualis est pecunia in montibus, vel censibus collocata *dem. exiui §. cumque annui redditus de ver. sign. Bonacin. vbi sup. nu. 5. & alij communiter.*

9 Obserua tamen, quod pecunia deputata ad bona immobilia emenda insumi potest absque assensu apostolico in emendis agris, aut in emenda, vel construenda domo necessaria, quia huiusmodi pecunia seruari solum debet, donec impendatur in usum, ad quem fuit destinata *Genues. d. cap. 60. num. 11. in fin. Bonacin. loco cit. n. 5. vers. obserua.*

10 An verò fructus beneficij locari possint ultra triennium? aliqui affirmant, tum quia fructus numerantur inter bona, quæ seruando seruari non possunt, tum etiam quia extrau. ambiciosæ videtur locum habere in locationibus bonorum, & rerum, non verò in locationibus fructuum, & reddituum ita *Redoan. Zerol. & alij apud Garc. de benef. par. 2. cap. 1. n. 29. & apud Barbof. d. all. 95. n. 19.*

Sed contraria sententia est verior, tum quia per locationem constituitur ius in re *Bellam dec. 747. Couar. var. res. lib. 2. cap. 16. n. 1. quos refert, & sequitur Ricc. in Prax. p. 1. res. 116* tum quia fructus percipiendi, & nascituri computari debent inter bona, quæ seruando seruari possunt, tum quia in extrau. ambiciosæ fit mentio etiam de fructibus ibi, ac de fructibus, & bonis ita *Nau. in man. cap. 25. n. 137. & cons. 11. de reb. eccles. Tolet. in sum. lib. 5. cap. 91. Ludou. Lopez In-*

*struct. cons. 1. tom. cap. 199. Cened. in collect. 76. ad Decret. n. 3. Gutier. Can. qq. lib. 1. cap. 8. à nu. 15. & alij plures apud Garc. d. par. 2. cap. 1. n. 33. & seq. Barbof. loco cit. alleg. 95. n. 20. idemque dicendum est de fructibus pensionis ecclesiastica, qui similiter ultra tres annos locari nequeunt *Nau. consil. 11. de reb. eccles. Ricc. in Prax. for. eccles. p. 1. resolutione 110.**

11 Secus esset, quando quis obligat se actione personali ad dandam commoditatem, & vtilitatem percipiendi fructus vita sua durante, vel tanto tempore ultra triennium, quia tunc non transfertur aliquod ius in re, sed tenetur dumtaxat exhibere conductori commoditatem percipiendi fructus *Bart. in l. Codicilis §. instituto nu. 4. ff. de leg. 2. Quarant. in ver. alienatio nu. 18. vers. tertio declaratur, vbi citat Rebuff. & Molin. & de pensione tradit. Megal. tom. 1. var. res. 84. nu. 7. Nau. cons. 62. de Simon. Garc. de benef. p. 2. cap. 1. n. 38. quamuis contrarium teneant alij Doctores, quos refert, & sequitur Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. res. 110.*

## S V M M A R I V M.

- 1 Vincule exigua auctoritate Episcopi alienari possunt.
- 2 Quoad res exigui valoris sufficit auctoritas Episcopi in locatione ultra triennium.
- 3 An sufficiat auctoritas Vicarij Episcopi.
- 4 An pradium exiguum ecclesie vile possit absque assensu Papæ alienari.

- 50
- 5 Et an possit alienari inconsulto Papa modica pars magni prædij ecclesie.
  - 6 Quæ censeantur res exigui valoris.
  - 7 An in permutatione inter ipsas Ecclesias requiratur beneplacitum apostolicum, & num. 8.
  - 9 An transactio de re ecclesie possit fieri sine solemnitate. & nu. 10.
  - 11 An Rector ecclesie possit absq. solemnitate cedere actionem ad rem mobilem.
  - 12 Et an possit facere compromissum.
  - 13 Quid, si ecclesie competit actio ad fundum, vel ad pecuniã alternatiuè.
  - 14 An alienantes, vel recipientes res exigui valoris incidant in poenas d. extrau. Ambitiosa.

CAP. VIII.

Quo casu sufficiat auctoritas Episcopi in alienatione rei Ecclesie.

§. I.

An in rebus exigui valoris sufficiat auctoritas Episcopi.

**R**esp. affirmatiuè, & ideo vineolæ exiguæ, & ecclesie minus vtilis auctoritate Episcopi alienari possunt, cap. terrulas 12. q. 2. cuius dispositioni neque per dictam extrau. Ambitiose, neque per decretum Concilij derogatum fuit, vt censuit Sac. Congregatio Concilij teste Vulp. in Prax. Iudic.

for. eccles. cap. 6. num. 26. & refertur etiam inter Decis. Diuers. par. 4. dec. 149. ratio videtur esse, quia in d. Extrau. excipiuntur casus à iure permitti Genues. in Prax. Archiep. cap. 60. num. 3. Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 95. num. 50. vnde sufficit auctoritas Episcopi in locatione vltra triennium quoad res exigui valoris, Quarant. in ver. alienatio nu. 18. vers. secundò declaratur Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. res. 109. Barbof. loco cit. d. all. 95. num. 51. non tamen sufficeret auctoritas Vicarij, seu officialis Episcopi, nisi habeat speciale mandatum, vt decisum refert Ricc. in Collect. decis. 2201. par. 6. Secus dicendum est, quando prædium esset Ecclesie vtile, hoc enim casu licet sit exiguum, non tamen posset absque assensu sedis apostolicæ alienari cap. 1. vbi glos. 17. q. 4. quemadmodum nec potest absq. beneplacito Papæ alienari modica pars magni prædij ecclesie, quia hoc modo possent paulatim alienari omnia prædia ecclesie in fraudem legis Genues. d. cap. 60. nu. 3. in fin.

§. II.

Quæ dicantur res modica, seu exigui valoris.

**R**esp. quod quando valor rei, quæ alienatur, summam 25. aureorum non excedit, solet pro pauca, aut modica summa reputari, vt censuit Sac. Cong. Episcoporum 22. Maij 1601. apud Glan. in ver. Alienantes nu. 7. sed alij Doctores id remittunt arbitrio Iudicis

ris, qui attendere debet consuetudinem locorum, & quantitatem rei, quæ alienatur iuxta cap. ceterum de Donat. item conditionem ecclesiæ, si est tenuis, vel multum abundans, & qualitatem temporum, & rerum Quarant. ubi supra nu. 41. Genouens. in Prax. d. cap. 60. num. 3. Ricc. in Prax. for. eccles. p. 1. ref. 36. vnde obseruat Barbof. d. par. 3. all. 95. nu. 51. quod modicum potest esse vsque ad 50. aureos, alibi vsq. ad 20. & alibi vsq. ad 10. & etiam minus respectu qualitatis, & conditionis locorum, & ecclesiarum.

## §. III.

An in permutatione rerum vnius ecclesiæ cum bonis alterius ecclesiæ sufficiat decretum Episcopi.

7 **A**ffirmatiuè respondent Doctores apud Barbof. d. all. 95. num. 55. & seq. tum quia hic casus est à iure permissus in cap. 1. de Reb. eccles. alien. tum quia textus in d. extrau. Ambitiose videtur loqui de permutationibus faciendis cum laicis, vt colligitur ex illis verbis, *prophanis visibus applicare*, & hoc casu non transfertur dominium in prophanos vsus, & ita etiam tenet Vulp. in Prax. for. eccles. cap. 6. num. 15. vbi dicit, validam tunc esse permutationem, si pro vtriusque ecclesiæ commoditate fiat Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 35. & 71. vbi hanc sententiam admittit etiam in alienatione rei vnius ecclesiæ alteri facta.

8 Sed quidquid sit de iure, contrarium in praxi seruatur, nam si agitur de summa notabili, recurritur pro licetia ad sedem apostolicam, vt d. Quarant. loc. cit. n. 15. Barbof. ubi sup. nu. 57. in fin. Ricc. d. ref. 35. & 71. in fin.

## §. IV.

An transactio de re ecclesiæ possit fieri sine solemnitate.

9 **A**ffirmatiuè respondent Doctores, modò sit de re dubia, cum euidenti ecclesiæ vtilitate, & possessio non sit penes ecclesiam, nam si per transactionem ecclesiæ rem relaxaret, in cuius possessione existit, tunc proculdubio solemnitates requiruntur, vt post Rebuff. & Roland. d. Quarant. in ver. alienatio, numer. 43. vers. Duodecimò limita Ricc. in Collect. dec. 3054. par. 7. & in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 43. & alij apud Barbof. d. all. 95. num. 63. quod intellige, dummodò accedat etiam consensus Episcopi, qui cognoscere debet de euidenti ecclesiæ vtilitate iuxta c. Statuimus de transact. alias huiusmodi transactio non ligaret successorem, vt d. glos. communiter recepta in cap. veniens ver. inter a ios eod. tit.

10 Alij verò distinguunt, aut agitur de modica summa, & tunc in transactione sufficit auctoritas Episcopi, aut agitur de summa notabili, & tunc requiritur beneplacitum sedis Apostolicæ, vt constat ex d. c. veniens. de Transact. & ita practi-

*cari dicit Quarant. ubi sup. n. 43. in fin. presertim. si in huiusmodi transactione remittantur iura, & actiones ad immobilia Ricc. in Prax. for. eccl. p. 3. ref. 163. Barbos. d. p. 3. all. 95. n. 46. ubi cit. Menoc. Valasc. & alios.*

11 Ex quo resoluitur aliud dubium, an Rector ecclesie possit cedere actionem ad rem mobilem? in quo pariter distinguendum est, nam si huiusmodi actio competit ad rem mobilem, quae seruando seruari non potest, tunc Rector potest actionem cedere, quemadmodum posset rem ipsam distrahere: aut verò actio competit ad res mobiles, quae seruando seruari possunt, & tunc non potest absq. beneplacito sedis Apostolicae, modò sint notabilis valoris Ricc. in Prax. par. 3. ref. 163.

12 Idem dicendum de compromisso, nam si illud fiat de rebus immobilibus, vel quae seruando seruari possunt, non valet sine sedis apostolicae beneplacito, quia compromissum est species alienationis: secus si fiat de rebus, quae seruando seruari non possunt iuxta ea, quae supra diximus, & notat idem Ricc. in Prax. d. p. 3. ref. 165.

13 Sed quid, si ecclesiae competit actio ad fundum, vel ad pecuniam alternativè? Resp. quod aut electio est ipsius ecclesiae, & tunc sine licentia sedis apostolicae non potest ecclesia cedere, ac si ipsa actio ad immobilem peteret: vel electio est debitoris, & tunc inspiciendus est finis, nam si ecclesiae debitor soluet pecuniam, valet cessio, si verò confignet praedium, non valet, Birt. in l. si sic legatum §. ult. n. 6. ff. de leg. 1. & in l. si ex legati causa

nu. 6. ff. de verbor. oblig. idem Ricc. loca cit. d. ref. 163. ubi alios refert.

## S. V.

*An Alienantes, vel recipientes res exigui valoris incidant in censuras, & poenas extr. ambitiosa.*

14 **R**esp. negativè, quia cum d. extr. sanciverit poenas, & censuras contra alienantes res ecclesiasticas maioris valoris inconfulato Rom. Pont. non debet extendi ad bona exigui valoris, poenae enim sunt restringendae, non ampliandae ita Ricc. in Prax. for. eccl. p. 2. ref. 383.

## S V M A R I V M.

1 Reus confugiens ad ecclesiam, inde extrahi non potest, & n. 2, 3. & 4.

5 Quid si reus ligatus à ministris Curiae ad ecclesiam confugiat, vel ab ea blanditijs, aut promissionibus educitur.

6 Ecclesia tenetur reo confugiens ad ecclesiam alimenta subministrare, si non habeat unde vivat.

7 Non licet Curiae seculari ponere custodes circum circa ecclesiam, nè ad reum alimenta deseratur.

8 Reus dum existit in ecclesia non potest de iure damnari ad mortem, vel aliam poenam corporalem.

9 Contrarium de consuetudine servatur.

10 Ecclesia etià non benedicta gaudet immunitate.

11 Eadem immunitate gaudet locus omnis diuini officij, dedicatus auctoritate Episcopi.

12 Ecclesia polluta, aut interdicta immunitate gaudet.

13 Item Ecclesia diruta, dummodo subsit spes refectionis.

14 Eadem immunitate gaudet Coemeterium.

15 Item ostium, & porticus coemeterij.

- 16 An hoc procedat, quando ceme-  
 terium non est benedictum.  
 17 Tota ecclesia fabrica gaudet immu-  
 nitate,  
 18 Item campanile etiam ab ecclesia di-  
 stinctu, dummodo sit intra 30. passus.  
 19 An confugiens ad ianuam ecclesia  
 gaudeat immunitate.  
 20 Quid si amplectatur parietem ecclesia  
 partis exterioris.  
 21 Quid si reus per caput, & humeros  
 in loco sacro existeret, & tibias, ac  
 pedes extra haberet.  
 22 Domus ecclesia existentes intra 30.  
 vel 40. passus gaudet immunitate.  
 23 An platea eccles. gaudeat immun.  
 24 Scala ecclesie pertinentes ad publi-  
 cam viam an gaudeant immunitate.  
 25 Immunitas ecclesie etiam ultra 30.  
 aut 40. passus extenditur, ubi do-  
 mus ecclesie plus spatij haberent.  
 26 Quid passus nomine intelligatur.  
 27 Huiusmodi passus desumendi sunt  
 ab ecclesia ianuis per circuitum.  
 28 Curia secularis non potest in domo  
 Clerici laicorum bona perquirere.  
 29 Monasteria virorum, ac mulierum  
 eorumque claustrum, ac viridarium  
 seu hortus sub clausura contentus  
 gaudent immunitate.  
 30 Item Hospitale, seminarium pue-  
 rorum, domus puellarum, vel or-  
 phanorum Episcopi auctoritate  
 fundata, domus clericorum in com-  
 muni viuentium, ac priuata ora-  
 toria Episcopi auctoritate erecta.  
 31 Oratoria priuata auctoritate ere-  
 cta an gaudeant immunitate.  
 32 Quando oratoria presumatur Epi-  
 scopi auctoritate fundata.  
 33 An collegia Doctorum, seu schola-  
 rium immunitate gaudeant.  
 34 Palatium Episcopi etiam extra 40.  
 passus situ gaudet immunitate.  
 35 An eadem immunitate gaudent  
 palatia Episcoporum titularium,  
 vel extra Diocesim existentium.  
 36 Palatia S. R. E. Cardinalium extra  
 Urbem Romam gaudent immunitate.  
 37 An existens supra tectum pala-  
 tij Episcopalis, aut aliarum domorum  
 ecclesia gaudeat immunitate.  
 38 Ad Episcopum spectat cognoscere,  
 an reus captus sit in loco sacro.  
 39 An confugiens ad Sacerdotem sa-  
 cram eucharistiam gestantem gau-  
 deat immunitate.  
 40 Quid si non tangat Sacerdotem sed  
 solum sit in cubiculo, ubi Sacerdos  
 moratur pro communicando infirmo.  
 41 Quid si hastam baldachini defert,  
 vel se immisceat personis profe-  
 quentibus Sanctiss. Sacramentum  
 42 An gaudeat immunitate confugiens  
 ad Sacerdotem deferentem oleum sanctum.  
 43 Sacerdos ipse, qui indutus cotta &  
 stola extra ecclesiam incedit ad mi-  
 nistrandum oleum sanctum, vel ad dese-  
 rendum defunctum in ecclesiam, gau-  
 det immunitate.  
 44 Omnes delinquentes, exceptis casti-  
 bus in constitutione Gregoris XIV.  
 contentis, gaudent immunitate.  
 45 Fideles etiam excommunicati, &  
 interdicti gaudent immunitate.  
 46 Item pagani, & Iudei.  
 47 Clerici, exceptis casibus contentis in  
 d. constit. Gregoriana, & alijs de-  
 gradatione dignis, in reliquis gau-  
 dent immunitate.  
 48 An Regulares delinquentes gau-  
 deant immunitate.  
 49 Committentes delicta etiam atrocissi-  
 ma in d. constit. non excepta gau-  
 dent immunitate, etiam si illa in  
 ecclesia committantur.  
 50 Publici latrones immunitate pri-  
 uantur.

- 51 *Qui dicantur publici latrones.*
- 52 *Decoctor etiam fraudulentus gaudet immunitate.*
- 53 *Non dicitur publicus latro, qui semel depredatus est etiam cum violentia.*
- 54 *Grassatores viarum priuantur immunitate.*
- 55 *Qui dicantur Grassatores viarum.*
- 56 *Grassatores viarum, si sapius tentauerint delicta, sed illa non perfecterint, non priuantur immunitate.*
- 57 *An priuentur immunitate, qui itinera priuata, vel occultas vias obsident.*
- 58 *Agrorum depopulatores priuantur immunitate.*
- 59 *An incendens agros, seu vineas priuetur immunitate.*
- 60 *Immunitate non gaudent qui homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis ecclesijs, eorumque Coemeterijs committunt, & num. 61.*
- 62 *Quid si non ex proposito, sed ex subitanea rixa, vel ad alterius prouocationem homicidium perpetretur.*
- 63 *Vulnerans in ecclesia, si ex tali vulnere mors sequuta non sit, non priuetur immunitate.*
- 64 *Existens extra ecclesiam si alium occidat intra ecclesiam, non gaudet immunitate, secus si existens in Ecclesia alium occidat existentem extra ecclesiam.*
- 65 *Quid si aliquem violenter extra-xerit ab ecclesia, & extra illam occiderit.*
- 66 *An mandans aliquem occidi in ecclesia, gaudeat immunitate.*
- 67 *Quid si homicidium commissum sit in Sacrificia, Campanili, scabulis, atrio, seu porticu ipsius ecclesie, aut sub ipsa ecclesia, vel super tectum.*
- 68 *Ex sanguinis, vel seminis effusione sequuta in coemeterio, aut alijs locis ecclesie contiguis, ecclesia non polluitur, nec sacrilegium committitur.*
- 69 *Ad effectum pollutionis, seu violationis solus internus ambitus ecclesie spectatur, secus quoad priuilegium immunitatis.*
- 70 *An committens homicidium in ostio ecclesie gaudeat immunitate.*
- 71 *Committentes in ecclesijs alia delicta prater homicidia, & mutilationes, non priuantur immunitate.*
- 72 *Quid intelligatur nomine membri.*
- 73 *Digitus non sunt membra, sed pars membri.*
- 74 *Immunitate priuantur, qui proximum suum proditorie occidunt, & quomodo id intelligatur.*
- 75 *Dicitur homicidium proditorium, etiam si quis alterum de facie ad faciem offendit incautum sine diffidatione.*
- 76 *An immunitate gaudeat qui alium veneno occidit.*
- 77 *Quid si filius occidat Patrem, vel Pater filium, vel frater fratrem.*
- 78 *An priuetur immunitate qui aliquem animo premeditato occidit.*
- 79 *Quid si inimicum occiderit a tergo ex insidijs, vel dormientem.*
- 80 *Quid si occidat inimicum iam reconciliatum.*
- 81 *An priuetur immunitate qui proditorie vulnerauit, si ex eo vulnere mors sequuta non fuerit.*

82. Quid si infideli proditorie occidat. 100 An priventur immunitate offendentes S.R.E. Cardinales, Nuncios apostolicos, Episcopos, Oxorem, aut suam Regis, oratorum, Proregem, aut alios ministros Principis, aut Baronum.
83. An committens abortum fetus animati gaudeat immunitate.
84. Assassini priuantur immunitate, & qui dicuntur Assassini.
85. Iudex, qui pecunia corruptus innocentem ad mortem damnavit, ac testis, qui pretio falsum deposuit an gaudeant immunitate. 101 An de hoc crimine lesa maiestatis cognosci, & nocedi possit post mortem delinquentis.
86. An dicatur homicida proditorius falsus testis, qui causam fuit, ut aliquis ad mortem damnatus fuerit. 102 An confiscatio honorum locum habeat, si crimen lesa maiestatis committatur contra Principem inferiorem.
87. An assassinium committatur, si quis pretio accepto occidat infidelem. 103 An gaudeant immunitate non revelantes huiusmodi reos, aut illos defendentes post factum.
88. Quid si tantum vulneravit.
89. Quid si suum inimicum occiderit.
90. An mandantes sint rei assassini, si homicidium sequutum non fuerit. 104 Clerici offendentes Principem an gaudeant immunitate.
91. Factores, auxiliatores, & receptatores assassinatorum immunitate non gaudent. 105 Et an eadem immunitate gaudeat coniurans, seu machinans, ut tradat inimicis regnum, vel Civitatem.
92. An immunitate priuetur mediator assassini. 106 Et quid si subditi per rebellionem resistunt Principi.
93. Assassinium probatur per probabilia argumenta, etiamsi non sint indubitata. 107 An reus possit capi in ecclesia si dubitetur, eum commisisse crimen in constitutione Gregorij exceptum.
94. Heretici priuantur immunitate, & qui veniant nomine hereticorum.
95. Blasphemi hereticales, & alij de heresi suspecti non gaudent immunitate.
96. An apostata à religione gaudeat immunitate. 108 Episcopus in tali casu debet formare processum ad probandum, an delictum sit de exceptis, nec sufficeret processus factus per Curiam secularem.
97. Qua dicatur blasphemia hereticalis, & quae non hereticalis. 109 De delicto in dicta constitutione excepto debet plene, & concludenter constare.
98. Reus criminis lesa maiestatis in personam Principis non gaudent immunitate, & quomodo hoc intelligatur. 110 Refertur declaratio Clementis Octavi.
99. An offendens consiliarium supremi Principis gaudeat immunitate. 111 An Episcopus absolvere possit ab excommunicatione contracta ob violatam ecclesiae immunitatem.
112. Ad huiusmodi censuram incur-



rendam non requiritur actus completus, sed sufficit attentatus, & quomodo id intelligatur.

## CAP. IX.

## De Immunitate Ecclesiastica.

## §. I.

Quanam loca immunitate gaudeant.

**R**ecipuum ecclesiarum priuilegium est, quod ad eas Reus confugiens inde extrahi non potest *cap. miror cum seq. 17. q. 4. capit. inter alia de Immun. Eccles. l. presenti C. de His, qui ad Eccles. confug. & nouissime statuit Greg. XIV. in consuet. incip. Cum alias nonnulli, quæ refert Quarant. in ver. Reuerentia diuinorum: siue se exemerit è manibus familia, & liber confugiat ad ecclesiam, siue ligatus secum traxerit satellitem in ecclesiam, utroque enim casu gaudet immunitate *Clar. d. fin. quest. 30. vers. scias autem Dian. part. 1. trac. 1. ref. 13. & par. 3. tr. 1. ref. 36. & p. 4. tract. 1. ref. 106. Lezan. in Sum. qq. regul. tom. 3. ver. Immunitas ecclesiarum num. 19. Locatell. de Quest. iudic. inspect. 5. num. 162. ubi dicit, hanc esse equiorem, & rationabiliorem sententiam, quod procederet etiam si postea aufugeret extra ecclesiam timore satellitum, vel inimicorum eum persequentium: hoc enim casu adhuc gauderet immunitate, & per conse-**

quens esset restituendus ecclesiæ: quia tunc non spontè, sed coactè exiit ab ecclesia, cum in hoc sufficiat timor futurus, ut probat Ric. in prax. for. Eccles. par. 2. ref. 430. quamuis secus esset, si dum ligatus extra ecclesiam ad carcerem duceretur, se in terram proieceret intra atrium Ecclesiæ, tunc enim non gauderet immunitate, ut d. Lezan. in Summ. qq. regul. tom. 3. in ver. Immunitas ecclesiarum nu. 19. Ricc. in Colle& decif. 109. par. 1. quemadmodum neq. hac immunitate gaudet qui ab ecclesia non extrahitur per vim, dolum, aut metum, sed precibus tantum, blanditijs, aut promissionibus educitur, hoc enim casu non est inuitus *Lezan. loc. cit. in ver. Immunitas ecclesiarum n. 18.*

Addunt DD. quod si reus confugiens ad ecclesiam non habeat, unde viuat, vel si habeat, eo utriusque non potest, tenetur ipsa ecclesia, seu Clerici illius Ecclesiæ tam sæculares, quam regulares necessaria alimenta illi subministrare *l. presenti d. sanè C. de His, qui ad Eccles. confug. glos. in c. diffiniuit 17. q. 4. Lezan. ut supra num. 23. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. ref. 422. & alij apud Dian. par. 6. tract. 1. ref. 33. vers. & tandem ad id.*

7 Quare non licet Curia sæculari ponere custodes circumcirea ecclesiam, in qua delinquens se recepit, nè ad eum alimenta deferantur, & si hoc faceret, esset violata immunitas ecclesiastica *Abb. in cap. inter alia num. 13. de Immu. eccles. Couar. var. ref. lib. 2. cap. 20. numero. 17. quos refert, & sequitur Vulp.*

*Vulp. in Prax. iudic. cap. 3. nu. 25. Clar. d. 9. fin. quast. 30. vers. quaro modo.*

8 Item non potest reus, dum existit in ecclesia, damnari ad mortem, vel ad pœnam corporalem, puta ad exilium, triremes, verbera, vel perpetuum carcerem, *iuxt. tex. in cap. inter alia, ubi glos. in ver. puniendus de Immun. eccles. & c. id. constitutum 17. q. 4. quâuis de consuetudine aliter feruetur: solent enim Iudices citare delinquentem, illumque condemnare ad mortem, vel ad aliam pœnâ iuxta delicti qualitatē; nō enim damnatur, vt mors, vel alia pœna corporalis exequutioni maderetur, dum reus in ecclesia existit, sed dum licitè inferri poterit, vt d. Farinac. in Prax. crim. to. 2. de Carcer. q. 28. n. 77. ad fin. quem refert. Bonacin. to. 2. dis. 3. q. 7. pun. 3. num. 9.*

10 Hac autem immunitate gaudet non solum ecclesia benedicta, & consecrata, sed etiam non consecrata, nec benedicta, dummodo sit auctoritate Episcopi ædificata *cap. ecclesia de Immun. eccles. Bellett. Disquis. Cleric. par. 1. tit. de fauor. Cleric. real. 9. 4. n. 27. Barbof. in cap. tuarum num. 10. de Priuileg.* atque etiam locus omnis diuinis officijs dedicatus auctoritate Episcopi primarium lapidem impo-  
nentis, aut ibi crucem erigentis, etiamsi non fuerint ibi celebrata diuina officia *cap. nulli liceat 12. q. 2. cap. nemo ecclesiam. de Consecr. dist. 1. d. cap. ecclesie in fin. Sylu. in Sum. ver. Immunitas 1. q. 1. Bellett. lococit. nu. 27. Bonacin. de Censur.*

*in partic. disp. 2. q. 3. pun. 16. 9. 4. n. 2 Dian. par. 6. tr. 1. ref. 1. & alij, quicquid dicat glos. in d. cap. Eccles. ver. celebrantur, & alij quos refert, & sequitur Vulp. in Prax. Iudic. cap. 3. num. 18. quamuis enim ibi diuina officia nondum celebrari cœperint, locus tamen adhuc est Deo dicatus, & idē immunitate gaudere debet, vt expressè dēcernitur in d. cap. eccles. & itā frequentiori interpretum consensu. receptum esse testatur Clar. d. fin. q. 30. vers. quaro si constructa, & c. etiamsi ecclesia nondum sit perfectè constructa Dian. d. par. 6. tr. 1. ref. 1.*

12 Neque huiusmodi priuilegium amittit ecclesia polluta, aut interdicta *Sylu. loco cit. Bellett. ubi supra n. 24. & itā tenent alij Doctores communiter, quemadmodum Clericus interdictus adhuc retinet sua priuilegia Dian. plures referens d. par. 6. tract. 1. resol. 1. obsequium enim, quod ecclesijs debetur, ob Dei reuerentiam præstat, & idē propter hominum culpam cessare non debet; immō etiamsi diruta sit, adhuc gaudet immunitate l. in tantum ff. de Rer. diuis. dummodo subsit spes refectionis; secus si auctoritate superioris destructa sit sine spe reedificationis Clar. loco cit. q. 30. vers. maius est dubium Vulp. in Prax. Iudic. cap. 3. n. 18. & alij apud Dian. d. par. 6. tr. 1. ref. 1. vers. verum affirmatiua sententia.*

14 Hoc etiam immunitatis priuilegium extenditur ad Cemeterium ecclesie *cap. consulti de Consecr. eccles. vel Altar. cap. cum ecclesia,*

H ubi

ubi glos. in ver. cæmeterijs de immū.  
 Eccles. etiā si pollutum, & interdictū  
 sit. *Diana par. 6. tract. 1. ref. 6. siue*  
 cæmeterium sit contiguum eccle-  
 sia, siue separatum *cap. vn. de Con-*  
*secr. eccles. in 6. Diana par. 4. tr. 1. ref.*  
*108. & par. 6. tract. 1. ref. 6. vbi id ex*  
 15 tendit etiam ad ostium, & porti-  
 cum cæmeterij, quod procedit,  
 quando auctoritate Episcopi lo-  
 cus aliquis pro cæmeterio est de-  
 putatus *cap. ad hæc vbi glos. de Reli-*  
*g. domibus glos. in c. in ecclesiasti-*  
*co 13. q. 2. quam esse communiter re-*  
*ceptā d. Genuens. in Prax. Archiep.*  
 16 *cap. 33. n. 21. quamuis neque conse-*  
 cratus, neque benedictus sit, vt  
 supra de ecclesia diximus *ex d. c.*  
*nulli liceat 12. q. 2. Dian. par. 6. tr. 1.*  
*ref. 6. nam si religiosum locū vnus*  
 quisque sua voluntate facere po-  
 terat eo ipso, quod mortuum in-  
 ferebat in locum suum, vel ipsius  
 defuncti, vt in l. in tantum ff. de  
*Rer. diuis. & l. scriptus ff. de Reli-*  
*g. domib.* itā multo magis Episcopus  
 locum a se deputatum pro mor-  
 tuis sepeliendis religiosum facere  
 potest, vt constat *ex d. cap. ad hæc,*  
*& d. l. in tantum vers. sacra autem*  
 17 *ref.* Eadem immunitate gaudet to-  
 ta ecclesie fabrica, videlicet te-  
 ctum, sacristia, scalæ, porticus, &  
 atrium quolibet modo ecclesie ad-  
 hæren. *cap. si quis in atrio & cap. si*  
*quis contumax, vbi glos. ver. ad hæ-*  
*rentibus 17. q. 4. l. que religiosi ff. de*  
*rei vendic. Dian. par. 6. tr. 1. ref. 1. &*  
 18 *3. & est communis opinio. item cā-*  
 panile, etiam si disiunctum sit ab  
 ecclesia, dummodò sit intra 30.  
 passus *Dian. par. 4. tr. 1. ref. 108. Vn-*  
 19 *dē confugiens ad ianuam ecclesie*

immunitate gaudet, etiam si ec-  
 clesiam inueniat clausam, dummo-  
 dò stet in limine ianue, vel portā  
 manibus tangat, vel seram, aut  
 quid simile apprehendat, vt post  
*Decian. & alios resoluit Loccatell. de*  
*Quest. iudic. in sp. 5. n. 163. Bonacin.*  
*de cēs. in par. disp. 2. q. 3. pun. 16.*  
 20 *§. 4. n. 19. vel si parietem ecclesie*  
 partis exterioris fuerit amplexus,  
 vt dicunt Doctores apud *Dian. par.*  
*3. tr. 1. ref. 73. & par. 6. tr. 1. resol. 3.*  
 etiam si manu tantum tangat lo-  
 cum sacrum, & totum corpus esset  
 extra locum sacrum *Ricc. in Prax.*  
*par. 2. ref. 429. & p. 3. ref. 560. quia,*  
 si captus in scalis, vel ostio, aut  
 atrio ecclesie, vel in spatio 30. pas-  
 suum per circuitum ecclesie gau-  
 det immunitate, multo magis in  
 hoc casu, cum paries sit annexus  
 & incorporatus ecclesie *Ricc. d.*  
*ref. 560. Vulp. vbi sup. cap. 3. n. 31.*  
 21 idemque dicendum, si reus per præ-  
 cipuam corporis partem, vt per  
 caput, & humeros in loco sacro  
 existeret, licet tibias, & pedes ex-  
 tra haberet, tunc enim gau-  
 deret etiam immunitate *Dian. p.*  
*6. tr. 1. ref. 6. in fin. vbi citat Trul-*  
*lench. in Decal. tom. 1. lib. 1. capit. 11.*  
*dub. 1. n. 12.*  
 22 Eadem immunitate gaudent Cle-  
 ricorum cedes existentes intra 30.  
 aut 40. passus iuxta c. sicut antiqui-  
 tus 17. q. 4. *Decian. tr. crimin. lib. 6.*  
*c. 25. n. 15. Ambrosiz. de Immun. c. 10.*  
 num 8. vbi ampliat, etiam si in di-  
 ctis aedibus habitent laici *Leo in*  
*Thes. for. eccles. par. 1. cap. 13. num. 5.*  
*Antonin. var. resol. lib. 1. ref. 18. n. 4.*  
*Guazin. Defens. Reor. 1. cap. 37. nu.*  
 24 *Farinac. de Immun. eccles. n. 289*  
*Dian.*

- Dian. p. 6. tr. 1. ref. 2. vers. ne tñ etiã:*  
 dummodò huiusmodi ædes, seu  
 domus sint ipsius ecclesiæ *Clar. d.*  
*q. 30. vers. Hinc est Dian. par. 3. tr. 1.*  
 23 *ref. 7. & p. 6. tr. 1. ref. 2. vbi hoc priui-*  
 legium extendit etiam ad plateas  
 ecclesiarum intra dictum spatium.  
 Vnde domus laicorũ, sicut & via  
 publicæ, cum non pertineant ad  
 ecclesiã, non gaudent priuile-  
 gio immunitatis, quamuis sint pro-  
 ximæ ecclesijs *glos. in cap. quisquis*  
*inuentus ver. vel. domos 17. quest. 4.*  
*Dian. d. par. 6. tra. 1. ref. 2.* Quare  
 si apertè constaret, scalas ecclesiæ  
 pertinere ad publicam viam, illius  
 24 que partem esse, in tali casu im-  
 munitate non gauderent *Bonac.*  
*de legib. disp. 3. q. 7. pun. 4. n. 7. & de*  
*Censur. in part. disp. 2. q. 3. pun. 16. §.*  
 25 *4. n. 7.* extenditur tamen ecclesiæ  
 immunitas etiam vltra 30. aut 40.  
 passus, vbi domus, aut ædes Cle-  
 ricorũ plus spatij haberent, *vt*  
*dicunt DD. apud Bonac. de censur.*  
*in part. disp. 2. q. 3. pun. 16. §. 4. nu. 6.*  
 26 passus verò nomine intelligitur  
 mensura quinque pedum: pes autè  
 est spatium 15. digitorum *iuxta*  
*glos. communiter receptam in d. cap.*  
*sicut antiquitus ver. passus. desumẽ*  
 27 di verò sunt huiusmodi passus ab  
 ecclesiæ ianuis per circuitũ *c. dif-*  
*finit 17. q. 4.*  
 28 Adde, quod curia secularis  
 non potest in domo Clerici etiam  
 propria laicorũ bona perquirere,  
 neque ea inde abstrahere: quia  
 alias satellites omnes Clericorum  
 domos euertere possent, bonaque  
 eorum propria sub isto colore  
 diripere, atque itã indirectè traherentur  
 Clerici ad curiam seculari-  
 rem, vbi probare cogerentur, bo-  
 na esse propria *Sperell. decis. 42. n.*  
*14. & seq.*  
 29 Hac etiam immunitate gau-  
 dent monasteria virorum, & mu-  
 lierum, eorumque claustrum, ac  
 viridarium, seu hortus sub clausu-  
 ra contentus, *vt constat ex ipsa*  
*constit. Greg. XIV. ibi, ab ecclesijs,*  
*monasterijs, locisque sacris, & re-*  
*ligiosis & c. Bellett. d. §. 4. nu. 37. Bo-*  
*nacin. de Censur. in part. disp. 2. q. 3.*  
*pun. 16. §. 4. nu. 10. Dian. par. 6. tr. 1.*  
*ref. 6. vers. & tandem.*  
 30 Præterea extenditur huiusmodi  
 immunitas ad omnia alia loca, quæ  
 canonico iure religiosa censentur  
*vt etiam dicitur in d. constit. & no-*  
*tat. Bonacin. d. disp. 2. q. 3. pun. 16. §.*  
*2. n. 1.* quale est Hospitale auctori-  
 tate Episcopi constructum *cap. ad*  
*hæc de Relig. dom. & dicunt DD.*  
*quos refert, & sequitur Dian. par.*  
*6. tr. 1. ref. 6. vers. sed transcamus, se-*  
*minarium quoque puerorum, do-*  
*mus puellarum, vel orphanorum*  
 Episcopi auctoritate fundata, do-  
 mus clericorum in communi vi-  
 uentium, quales sunt religiosissi-  
 mi Patres oratorij S. Philippi Neri  
*Genuens. in Prax. Archiep. cap. 17.*  
*n. 10. Bonacin. d. pun. 16. §. 4. n. 10.*  
*Dian. par. 6. tra. 1. ref. 1. in fin. item*  
 priuata oratoria Episcopi simili-  
 ter auctoritate erecta *d. c. ad hæc*  
 31 *de Relig. dom. Sylu. in ver. Immuni-*  
*tas 1. q. 1. Dian. p. 6. tr. 1. ref. 1. secus*  
 esset, si oratoria huiusmodi pri-  
 uata auctoritate constructa sint,  
 etiamsi in eis diuina officia de  
 Episcopi licentia celebrètur, quia  
 non ob id censentur perpetuò, &  
 immutabiliter, seu simpliciter di-

- cata cultui diuino *Bonacin. d. pun. 16. §. 4. nu. 14. Sylu. loco cit. clar. d. q. 30. vers. sed quid dicendum, vbi de communi.* in dubio autem præsumuntur auctoritate Episcopi fundata, si campanam publicam habeant, vel si publicè in eis celebraretur admittendo quoscunque, ad diuina officia *Bonacin. in tract. de legib. disp. 3. q. 7. pun. 4. n. 15. & de Censur. in par. disp. 2. q. 3. pun. 16. §. 4. n. 15.* vel si instituta sint sub nomine alicuius sancti, & visitentur ab Episcopo *Dian. d. par. 6. tract. 1. resolutione. 6.*
- 33 Addit *Clar. loc. cit. vers. in hoc autè,* scholàs, hoc est collegia Doctorũ, seu scholarium eadem immunitate gaudere: quamuis contrarium teneant alij Doctores *apud Gabr. commun. concl. lib. 6. tit. de pia causa concl. 1. n. 19 & 20.* vbi dicit, quod quamuis dicantur loca pia, non tamen habent priuilegia alijs locis pijs concessa.
- 34 Eadem gaudet immunitate palatium Episcopi non solum si sit intra 40. passus *c. Episcopus vitem dist. 41. & c. id constituimus 17. q. 4.* in quo conueniunt omnes Doctores, sed etiam quando situm est extra 40. passus, *ut d. glos. in d. c. id constituimus ver. vel domo Bellet. d. §. 4. n. 35.* vbi dicit, hanc esse communem sententiam, & alij plures, quos refert, & sequitur *Dian. p. 1. tract. 1. resol. 27.* etiam si non habeat oratorium, in quo missa celebraretur *idem Dian. par. 4. tr. 1. ref. 95. & par. 6. tr. 1. ref. 4.* vbi ref. 5. hoc priuilegium extendit etiam ad palatia, seu domos Episcoporum titularium, vel extra Diocesim existentium, *quicquid in contrarium dicat Vulp. in Prax. Iudic. cap. 3. n. 19. Clar. d. q. 30. vers. scias etiam, & alij apud Bonacin. d. pun. 16. §. 4. n. 11.* ratio potissima est, quia hæc immunitas concessa est propter dignitatem personæ, ac propter muneris sanctitatem, quemadmodũ tota familia Episcopi quamuis laica eius intuitu gaudet priuilegio fori, & ideo etiam palatia S. R. E. Cardinalium immunitate gaudet, *ut d. Clar. d. q. 30. vers. item adde,* quod intellige extra urbem Romæ *Dian. p. 1. tr. 1. ref. 37. & par. 6. tr. 1. ref. 5.* hoc enim priuilegium non seruatur in vrbe, vt consulatur bono publico, & delinquentes puniantur, qui vix puniri possent, si huiusmodi priuilegium obseruaretur, *ut nota t Bonacin. de Censur. in part. disp. 2. q. 3. pun. 16. §. 4. n. 12.*
- 37 Quare existens etiam supra tectum palatij Episcopalis, aut aliarum domorum ecclesiæ intra tamen citatos fines *iuxta c. sicut antiquitus,* gauderet immunitate *Mar. Italia de immun. eccles. cap. 4. §. 9. n. 42. & 25. Peregrin. cod. tract. cap. 4. n. 40. & 41. Sperell. decis. 63. n. 8. & seq. Bonacin. d. pun. 16. §. 4. nu. 19.* tum quia existens supra tectum loci immunis dicitur esse intra situm eiusdem loci, tum quia domus ex tribus constat, fundamento, pariete, & tecto *glos. in l. cum qui ades ver. consent ff. de vsucap. & ideo nõ debent huiusmodi partes integrales diuerso iure censeri d. l. cum qui ades Mar. Ital. vbi sup. n. 25. Sperelli. loco cit.*
- 38 Ad iudicem autem ecclesiasticũ spectat cognoscere, si controuersia

fia sit, an reus captus fuerit in loco sacro, vt dicunt DD. quos refert, & sequitur Dian.par.3. tr.1. ref.32. quemadmodum si reus captus à iudice laico dicit, se esse clericum, huius rei cognitio ad ecclesiasticum Iudicem similiter pertinet *cap. si iudex de sent. excom.* Quæres an confugiens ad sacerdotem sacram Eucharistiam gestantem gaudeat immunitate?

39 Affirmatiuam sententiam tenet communiter Doctores propter reuerentiam tanti sacramenti *Clar. §. fin. d. q. 30. vers. ultimo quæro Ambrosin. de Immun. eccles. cap. 10. n. 9. Duard. in Bull. Cæn. Dom. lib. 2. cap. 15. §. 16. n. 8. Bellett. Disqui. cleric. p. 1. tit. de fauor. cler. real. §. 4. n. 38 Vulp. in Prax. Iud. c. 3. n. 16. & 17. & banc esse magis communem opinionem dicit Farinac. tom. 1. de Carcer. q. 28. num. 11. quod procedit etiam si non tangat sacerdotem, sed solum sit in cubiculo, vbi sacerdos cum Sanctissimo Sacramento moratur pro comunicando infirmo *Dian. par. 1. tract. 1. ref. 28. contra Bonacin. de Censur. in partic. disp. 2. q. 3. pun. 16. §. 4. n. 27. in fin.**

41 Eadem immunitate gaudet qui vel hastam Baldachini defert, vel se immiscet personis prosequentibus Sanctissimum Sacramentum, quia isti vna cum sacerdote conficiunt vnâ ecclesiam *arg. l. ius quis C. ad l. Iul. maiest. ita Mar. Ital. de Immun. eccles. lib. 1. c. 4. §. 10. in fin. Peregr. eod. tract. c. 4. nu. 79. in fin. Dian. d. ref. 28. Sperell. dec. 49. n. in 6.*

42 Secus esset, si quis confugeret ad

sacerdotem non deferentem Sanctiss. Sacramentum: tunc enim non gauderet immunitate, quamuis illum amplecteretur, & posset Curia secularis reum à Sacerdote auellere, etiam si Sacerdos deferret oleum sanctum *Ricc. decis. 88. num. 5. par. 3. Dian. d. ref. 28. gauderet tamen hac immunitate Sacerdos ipse, qui indutus cotta, & stola extra ecclesiam incederet ecclesiastica officia exequendo, vel ad deferendum defunctum in Ecclesiam, vel ad ministrandum oleum sanctum, quia eadem reuerentia, quæ debetur ecclesie, debetur etiam Sacerdoti, dum in habitu sacerdotali diuina ministrat officia, vt decisum refert Locatell. de Question. Iudic. inspect. §. n. 164. Dian. par. 6. tract. 1. ref. 25. in fin.*

## S. II.

Quinam gaudeant ecclesiastica immunitate.

44 **O**Mnes ad ecclesiam confluentes, etiam si grauissima & enormia delicta commiserint, gaudent immunitate, exceptis tantum casibus *in d. Const. Greg. XIV. contentis*, vt tradunt communiter recentiores; quia Gregorius in d. constit. priuilegium immunitatis ad vnâ tantum formam, ibi expressam reduxit auferendo facultatem aliter iudicandi, & interpretandi, & ideo cum exceperit certos casus, consequenter voluit, vt in ceteris omnibus non exceptis immunitas seruetur nulla

- la habita paritate, vel maiori-  
 rationis arg. l. nam quod liquida  
 §. fin. ff. de Pen. leg. c. 2. de Coniug.  
 Leprosi. Vulp. in Prax. for. eccles.  
 cap. 3. num. 3. Lezan. in Summ. to. 3.  
 ver. immunitas ecclesiarum nu. 16.  
 Dian. par. 5. tract. 1. ref. 2. & par. 6.  
 tract. 1. ref. 23. & 25. Bonacin. to. 3.  
 de Censur. in part. disp. 2. q. 3. pun.  
 16. §. 5. per tot. & alij.
- 45 Dixi, omnes ad ecclesiam con-  
 fugientes, vt comprehenderem,  
 non solum fideles, etiam excom-  
 municatos, & interdictos Sylu. in  
 ver. Immunitas 3. q. 2. Clar. d. q. 30.  
 vers. quæro etiã Dian. par. 6. tract.  
 461. ref. 26. sed paganos etiam, atque  
 Iudeos, qui eadem immunitate  
 fruuntur etiam si baptismum non  
 petant: quia hoc priuilegium est  
 concessum locis sacris, non autem  
 personis Sylu. vbi supra Graff. p. 2.  
 lib. 2. cap. 23. num. 20. & alij plures,  
 quos refert, & sequitur Dian. par. 1.  
 tract. 1. ref. 22. & par. 4. tract. 1. ref.  
 50. & par. 5. tr. 1. ref. 2. vbi refert, itã  
 declarasse Sac. Cong. Immunitatis,  
 & hanc sententiam frequentiori  
 Auctiorum calculo esse receptã di-  
 cit idem Dian. p. 6. tr. 1. ref. 23. quã-  
 uis contrarium quoad Iudeos, &  
 Paganos teneat Clar. d. q. 30. vers.  
 præterea quæro Nau. in man. c. 25.  
 num. 20. Bellett. loco supra cit. n. 44.  
 Bonacin. vbi supra §. 10. numer. 3.  
 Rico. in Prax. par. 2. ref. 10.
- 47 Dubium est, an Clerici, & aliæ  
 personæ ecclesiasticæ gaudeant  
 hac immunitate: in quo nonnul-  
 li Doctores negatiuam partem,  
 tuentur existimantes, eos de mã-  
 dato suorum superiorum posse  
 etiam in ecclesia capi, itã Nauar.  
 cap. 25. nu. 22. Sylu. in ver. imma-  
 nitas 3. q. 3. Bellett. Disquis. Cleric.  
 tit. de fauor. cleric. real. §. 4. nu. 46.  
 & hanc sententiam esse vsu receptã  
 testatur Lezan. in Summ. to. 3. ver.  
 Immunitas ecclesiarum nu. 6. Ge-  
 nuens. in Prax. Archiep. cap. 17. nu.  
 11. Clar. §. fin. d. q. 30. vers. vlti-  
 rius quæro Ricc. in Collect. decis.  
 1792. par. 5. & alij apud Bonacin.  
 loco cit. num. 5. alias enim semper  
 tuti essent in eorum claustris, seu  
 ecclesiæ domibus, nec possēt vim-  
 quam puniri, vt obseruat Sylu. lo-  
 co cit. alij mouentur ex eo, quia  
 immunitas ecclesiæ non præiudic-  
 cat potestati ecclesiasticæ, & ideo  
 fures, aliosque in Ecclesia delin-  
 quentes capi posse ab ecclesiasti-  
 cis ministris, & ab ecclesiasti-  
 co iudice puniri, censet Bonacin.  
 de Censur. in par. d. disp. 2. q. 3. pun.  
 16. §. 5. num. 7. Dian. par. 1. tract. 1.  
 ref. 2. & par. 6. tract. 1. ref. 9. in fin.  
 vnde decisum refert Ricc. in Col-  
 lect. decis. 3177. par. 7. posse ordina-  
 rium suis ministris mandare, vt  
 Clericus capiatur etiam in eccle-  
 sia Regularium.
- Sed contrariam sententiam in  
 puncto iuris censeo veriorem,  
 tum quia Clerici nõ sunt inferioris  
 conditionis, quam laici, tum  
 quia hoc priuilegium est concessum  
 locis sacris, & non personis,  
 tum quia iura indistincte loquũ-  
 tur Clar. loc. cit. & alij plures apud  
 Locatell. loco cit. inspect. 5. nu. 160.  
 Dian. par. 1. tr. 1. ref. 24. & par. 3. tr.  
 1. ref. 35. vbi refert, itã declarasse  
 Sac. Congreg. anno 1618. & par. 6.  
 tr. 1. ref. 26. vbi etiã refert, Sac. Cõ-  
 greg. declarasse, Clericos ab Ec-  
 cle-

clesia extrahi non posse nisi in casibus exceptis in constitutione Gregorij, & in alijs degradatione dignis.

48 Obseruat tamen idē Dian p. I. tr. I. ref. 25. in fin. quod Regulares delinquentes immunitate non gaudent ex recepta consuetudine approbata à summis Pōtificibus, qui ex processibus causarum regularium, quæ ad sedem Apostolicam, vel ad Sac. Congreg. deferuntur, sciunt, superiores Regulares cōtra eōrum subditos ad capturam procedere etiam in proprijs ecclesijs, & conuentibus, & tamen de hoc eosdem superiores non puniunt, sed potius processus confectos, & sententias latas confirmant.

49 Dixi, etiamsi grauissima, & enormia delicta cōmiserint, quia etiam falsificantes monetam, Raptōres Virginum, Sodomitæ, & alia delicta etiam atrocissima in d. constitutione Gregorij non excepta perpetrantes immunitate gaudent, etiamsi huiusmodi delicta in ecclesia cōmittantur Bonacin. d. disp. 2. q. 3. pu. 16. §. 5. Dian. par. 5. tr. I. ref. 2. & par. 6. tr. I. ref. 14. & 26. & alij communiter, quāuis secus esset de iure communi, vt constat ex cap. fin. de Immun. eccles. qui textus licet loquatur de homicidio, & mutilatione commissa in ecclesia, vel eius Cœmeterio, tamen ex identitate rationis ad alia etiam enormia crimina in eadem ecclesia patrata extendebatur, vt obseruat Sylu. in ver. Immunitas 3. q. 2. Nauo. 25. num. 20. & seq. Clar. d. q. 30. vers. 53 item quæro.

## §. III.

Quinam priuentur ecclesiastica immunitate.

50 **P**Lures casus excipiuntur in d. constit. Gregorij XIV. quorū primus est, si fuerint publici latrones: Tales autem sunt, qui in vijs publicis extra urbē depredantur, vt dicūt DD. apud Bonacin. de Censur. in partic. d. disp. 2. q. 3. pun. 16. §. 6. n. 3. publicus verò latro dicitur vel ex notorietate facti, puta si publicè, & palā furatur, aut publicè trāseuntes in vijs innadit, & spoliat, vel in mari palam prædas agit, aut qui ob frequētata latrocinia prolatrone cōmuniter habetur Pan. in c. inter alia de Imm. quæ refert, & sequitur Sylu. in ver. immunitas 3. q. 2. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. ref. 13. & alij apud Bonacin. d. disp. 2. q. 3. pun. 16. §. 6. n. 2. vel ex notorietate iuris, vt si crimen in iudicio aliquandò confessus sit, vel propter ipsum damnatus Lex. in sum. to. 3. ver. Immunitas ecclesiarum n. 8. tunc n. immunitate non gaudet, quamuis solitus fuerit furari absque alicuius occisione Ricc. in Prax. par. 2. ref. 12. Vulp. in Prax. Iudic. cap. 3. num. 4.

52 Verum sub nomine publici latronis non includitur Decoctor etiam fraudolentus, quem immunitate gaudere latè probat Dian. par. 1. tr. I. ref. 22. & par. 6. tract. 1. ref. 17.

Nec dicendus est publicus latro,



tro, qui semel, vel bis etiam cum violentia depredatus est, vt exinde immunitate ecclesie priuetur: quemadmodum ex vnico actu fornicationis non dicitur publica meretrix, neque publicus vsurarius, qui semel tantum commisit vsuram *Peguer. decis. Catalon. 40. quem refert Ricc. in Collect. decis. 1792. par. 5. & in Prax. for. eccles. par. 2. ref. 12. & alij apud Dian. p. 6. tr. 1. ref. 15.*

54 Secundò priuantur ecclesiastica immunitate publici viarum Grassatores, qui itinera frequentata. vel publicas vias obsident, & viatores ex insidijs aggrediuntur, Grassator viarum dicitur is, qui vias in vrbe obsidet *l. capitalium S. Grassatores ff. de Pœn. publicus verò Grassator dicitur, qui ob frequentata in vijs publicis crimina fama publica talis existimatur Bonacin. de Censur. in partic. disp. 2. q. 3. pun. 16. S. 6. nu. 3 vbi etiam cum Farinac. Ambrosin. & alijs obseruat, eum non priuari immunitate, qui semel. aut bis aliquem spoliauerit, sed requiritur, quod sæpius hoc crimen commiserit, quia verbum, grassari, frequentationem denotat, idem dicit Vulp. in Prax. iudic. for. eccles. cap. 3. n. 5. Ricc. in Collect. dec. 109. par. 1. Lez. in Sum. q. reg. tom. 3. ver. Immunitas ecclesiarum num. 9. quemadmodum neque ordinaria pœna punitur, nisi sæpius crimen huiusmodi commiserit, vt in d. S. Grassatores, & dicit Peguer. dec. 40. apud Ricc. in Prax. par. 2. ref. 12.*

56 Obserua tamen, quod huiusmodi Grassatores viarum si sæ-

pius tentauerint delicta, sed illa non perfecerint, non sunt excludendi ab immunitate, quia delictum exceptum debet esse actu consummatum *Dian. par. 6. traët. 1. reso. 15. vbi citat Nouan. & alios.*

57 Obserua 2 quod qui itinera priuata, vel occultas vias obsident, non videntur priuari ecclesiastica immunitate, quia Pontifex loquitur de obsidentibus itinera frequentata, vel publicas vias *Lez. loco cit. & alij apud Dian. d. parte 6. traët. 1. resoluit. 15.*

58 Tertio eadem immunitate priuantur agrorum depopulatores, hoc est qui segetes, aut fructus, seu vineas, aut agros deuantant *glos. in l. 1. ver. populator. C. quan. lic. vnicuique sin Iud. se vind. quare non solum priuatur immunitate depopulator agri nocturnus, de quo loquitur tex. in cap. inter alia de immunit. eccles. Sylu. in ver. immunitas 3. q. 2. Nau. in man. cap. 25. num. 20. clar. S. fin. q. 30. vers. quero nūquid, verū etiā quilibet depopulator etiam diurnus per dictam constitutionem Greg. XIV. Vulp. d. cap. 3. n. 6. Dian. par. 6. tr. 1. ref. 15. Lezan. to. 3. in ver. immunitas ecclesiarum n. 10. Bonacin. loco cit. n. 5. vbi idem*

59 dicit de incēdente agros, seu vineas, secus de alijs incendiarijs. 60 Quartò priuantur immunitate qui homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis ecclesijs, eorumq. cæmeterijs committere non verentur. Quamuis autem Gregorius in d. constit. loquatur per particulam coniunctiuam, & ibi, quæ homicidia, & mutilationes &c. tamen eum Doctores intelligunt

iuxta

- iuxta cap. fin. de Immun. eccles. in quo occidentes, vel mutilates priuabantur ecclesiastica immunitate, alias enim nulli ferè homicidæ priuarentur hac immunitate, ut post Farinac. & Peregrin. dicit Bonacin. de censur. in part. disp. 2. q. 3. pun. 16. §. 7. n. 6. Lezan. in summ. qq. reg. tom. 3. ver. immunitas ecclesiarum num. 11.*
61. Ex quo inferitur 1. eos immunitate priuari, qui lethaliter vulnerant in ecclesia, seu cæmeterio etiam si vulneratus deinde extra ecclesiã decesserit: quia tunc delictum censetur commissum in ecclesia *Bonacin. ibidem nu. 5. & seq. quod procedit quoad eos tantum qui ex proposito, & deliberatè occidunt, vel mutilant: non autem*
62. si tale homicidium fuisset in ecclesia perpetratum ex rixa subitanea, seu ad alterius prouocationem, vel ad se defendendum *Farinac. de immun. eccles. cap. 16. num. 240. Guttier. pp. 99. lib. 3. q. 1. n. 3. 5. & seq. quos cum alijs refert Dian. p. 1. tr. 1. ref. 11. & par. 4. tr. 1. ref. 107. & par. 6. tr. 1. ref. 7. ubi etiam dicit, ita fuisse in urbe decisum. & ratio est, quia in tali casu occidens, vel mutilans non videtur habere animum irreuerentem offendendi, vel violandi ipsam ecclesiam.*
63. Secus dicendum esset, si quis vulneraret in ecclesia etiam cum sanguinis effusione, sed ex tali vulnerere mors sequuta non sit, tunc enim immunitate gaudebit, quia vulnerare non est mutilare, vel occidere *ita Doctores apud Dian. d. par. 6. tr. 1. ref. 7. vers. onde ex his.*
64. Inferitur 2. quod neque ei im-
- munitas suffragatur, qui dum extra ecclesiam existit, plumbea pila per sclopum emissa, aut saxo, vel alio instrumento mutilat, vel occidit, existentem in ecclesia *Farinac. Mar. Ital. Ambrosin. & alij apud Bonacin. ubi sup. nu. 2. Ricc. in collect. decis. 1792. part. 5. Vulp. in. Prax. iudic. cap. 3. m. 9.*
65. E contra verò si existens in ecclesia aliquo instrumento occidit alium extra ecclesiam existentem gaudebit immunitate, illa enim verba Gregorij, *qui in homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis ecclesijs, earumque cæmeterijs committere non verentur, denotant actum completum, & perfectum in ecclesia, & idè non sufficit, quod delictum in ecclesia fuerit tantum inchoatum, ut post Bonacinam tenet etiam Dian. par. 1. tr. 1. ref. 9. contra Lezan. in sum. tom. 3. ver. immunitas ecclesiarum nu. 11. & alios.*
65. Hinc etiam fit, ut si quis alium quem violenter extraxerit ab ecclesia, & extra illam occiderit, gaudere quoque debeat immunitate, quia in tali casu homicidium non committitur in ecclesia *Bonac. de legib. disp. 3. q. 7. pun. 6. §. 2. n. 4. Cast. Palau. tom. 2. tract. 11. disp. vn. pun. 9. n. 18. quos refert, & sequitur Dian. p. 6. tract. 1. ref. 7.*
66. Idem dicendum de eo, qui mandauit, alium occidi in ecclesia hic enim morte sequuta gaudebit immunitate, quia *in predicta constitutione Gregorij expressum est, ut occidentes in ecclesijs non gaudeant immunitate, non autem mandantes: nec sub nomine oc-*

eidentis mandans in pœnalibus comprehenditur, ut dicunt Doctores apud Dian. p. 6. tr. 1. ref. 7.

- 67 Infertur 3. eum non priuari immunitate, qui ad ecclesiam confugit patrato homicidio in schalis, atrio, seu porticu, vel sacristia, Căpanili, aut alia mansione ecclesie adhaerente, aut sub ecclesia, vel super tectum, vel ostium ecclesie *Nau. in man. cap. 27. n. 256. Sylu. in ver. consecratio 2. nu. 5. Dian. p. 3. tr. 1. ref. 39. & par. 6. tr. 1. ref. 7. vers. oritur Sperell. dec. 561. per tot. tum quia*
- in tali casu homicidium non fuit comisum in ecclesia, sed in locis extra ecclesiam: nam appellatione ecclesie in odiosis, seu pœnalibus non venit sacristia, & alia loca ecclesie adhaerentia; quia hæc non sunt principaliter Deo dicata, sed in quamdam consequentiam Sanchez de matrim. lib. 9. disp. 15. n. 31. Dian. ubi sup. d. ref. 7. & ideo in dicta constitutione Gregorij fit specifica mentio de cœmeterio: tum quia paries intermedius separat ecclesiam ab alijs locis eidem ecclesie adhaerentibus. *cap. vn. de consecr. eccles. in 6. ubi glos. in ver. pariete Nau. in Man. c. 16. n. 32. vers.*
- 68 *quartò* Vnde ex sanguinis, vel feminis effusione sequuta in cœmeterio, aut alijs locis ecclesie contigujs ecclesia non polluitur, nec sacrilegium committitur, ut in *d. cap. vn. de consecr. eccles. in 6. quãuis gaudeant eiusdẽ ecclesie immunitate, ut supra diximus, & obseruat etiam Bellett. disquis. cleric. tit. de favor. cleric. real. §. 4. n. 31. & seq. & alij communiter.* Vnde qui furatus est in sacristia, vel mona-

sterio non tenetur hanc circumstantiam in confessione aperire *Dian. par. 3. tr. 4. ref. 166. ubi alios refert. & ratio est, quia ad effectum pollutionis, seu violationis, cum sit*

69 *pœnalis, solus internus ambitus ecclesie spectatur; secus quoad privilegium immunitatis, quod cum sit favorabile, latè est interpretandum Dian. part. 6. tr. 1. ref. 1. vers. nec obstat, ubi citat Decian. lib. 3. conf. 80. nu. 19. & 22. Sperell. dec. 63. n. 10. & alios.*

- 70 An verò committens homicidium, aut mutilationem membri in ostio ecclesie gaudeat immunitate? negativè responderi Ricc. in *Prax. for. eccles. par. 2. ref. 4.*

Infertur 4. quod committentes in ecclesijs, vel cœmeterijs alia delicta quantumvis grauia præter homicidia, & mutilationes membrorum, non priuantur ecclesiastica immunitate; quia priuatio immunitatis non est extendenda ultra casus in d. constit. Gregorij expressos, cum simus in odiosis, & pœnalibus *Lezan. in sum. 20. 3. ver. immunitas ecclesiarum n. 11.*

- 72 Nomine autem membri intelligitur oculus, manus, pes, auris, lingua, vel aliud habens proprium officium distinctum à cæteris *Ricc. in Prax. for. eccles. part. 2. ref. 67. ubi etiam dicit, quod mamilla in femina inter membra numeratur, quia habet officium per se distinctum; digiti verò non sunt membra, sed pars membri l. item Offilius ff. de edil. edict.*

- 74 Quintò priuantur immunitate qui proditorie proximum suum occiderint, hoc est qui occidunt ho-

- hominē omninō incautum, & nihil tale cogitantem, aut cogitare debentem *Giurb. conscrim. 20. n. 13. & seq. Lezan. in sum. qq. reg. tom. 3. ver. immunitas ecclesiarum nu. 12.* puta quando nullus præcedebat rancor, rixa, aut inimicitia, sed potius simulabatur amicitia, quia simul comedebant, vel simul erāt in itinere, & sic vnum gerebatur in corde, & aliud in verbis, *ut d. Bart. in l. respiciendum §. delinquūt n. 1. ff. de Pœn. quem cōmuniter sequuntur Doctores Farinac. to. 1. cōs. 76. n. 7. Ambrosin. de immun. eccles. cap. 6. nu. 3. & 4. Bonacin. de censur. in p. disp. 2. q. 3. pun. 16. §. 8. nu. 2. & 3. & alij apud Dian. part. 6. tract. 1. resolut. 1. 2.*
- 75 Dicitur etiam homicidium proditorium non solum quando quis alium retrō occidit, sed etiam quando alterum de facie ad faciē offendit incautum sine diffidatione *Ricc. in decis. Cur. Archiep. Neap. par. 1. dec. 80. n. 2. & 3. Cephal. conf. 57. n. 13. lib. 1. Baiard. ad Clar. in §. homicidium n. 2. & seq.*
- 76 Vnde immunitate non gauderet qui aliquem veneno occidit, quia talis dicitur proditor, cum fiat occultē, nec possit præcaueri *Cauat. de Brach. reg. par. 1. nu. 80. Ricc. ut supra dec. 168. n. 1. par. 1. Baiard. loco cit. & alij apud Dian. par. 1. tract. 1. res. 36. & par. 6. tr. 1. resol. 12. vers. sed quod asserit, & alij cōmuniter.*
- 77 Hac etiam immunitate priuatur filius occidens Patrem, aut pater occidens filium, vel frater fratrem, si occisus mortem præuidere non potuit *Bonacin. loco citato*
- n. 3. Lezan. vbi supra n. 11.*
- 78 Secus esset, si quis aliquem animo deliberato, seu præmeditato occidat: non enim ex hoc priuandus est ecclesiastica immunitate, dummodō proditoriē non occiderit: quia *in cōstitutione Gregorij non excipitur homicidium cōsultō, & deliberatē perpetratum, sed tantum homicidium proditorium; qui autem occidit de industria, & appensatē non occidit proditoriē Gaball. in tract. de homicid. n. 388. Tusch. tom. 3. litt. E concl. 11. nu. 9. Charthar. in decis. crimin. dec. 95. per tot. quos refert, & sequitur Dian. par. 6. tr. 1. resol. 13. vbi etiam dicit, hoc ipsum procedere de iure communi ante dictam cōstitutionem.*
- 79 Secundō non priuatur immunitate qui inimicū occiderit a tergo cum tormento bellico ex insidijs, & animo deliberato, hic enim non dicitur proditor in rigore loquēdo, quia occisus debuit se præcauere *Bart. in d. l. respiciendū §. delinquūt n. 1. Farinac. d. cons. 76. n. 7. & 8. Ricc. in collect. decis. 1792. p. 5. Bero. cons. 165. n. 12. vol. 3. Gratian. discept. 380. n. 40. Bonacin. loco cit. n. 3. Lezan. in sum. to. 3. d. ver. immunitas ecclesiarum n. 12. Baiard. ad Clar. d. §. homicidium n. 25. vers. proditoriē & alij apud Dian. par. 1. tr. 1. res. 5. & 35. Genuens. in Prax. Archiep. cap. 76. vbi refert declarationem Clementis VIII. & est cōmunis opinio, quod procedit etiā si quis occideret veneno inimicum etiam dormientem, aut iam reconciliatum, quia semper remanent reliquæ præteritæ inimicitie*

- ut post *Rice. dicit Dian. par. 1. tr. 1. ref. 3. 5. par. 6. tr. 1. ref. 12.* hoc tamen intellige, si noua inimicitia, seu occisionis causa post pacem, seu reconciliationem antea initam, superueniat *Bonacin. loco citato d. 9. 8. num. 5.*
- 81 Tertiò nec immunitate priuatur qui proditoriè vulnerauit, si ex eo vulnere mors sequuta non fuerit, quia *constitutio Greg. XIV.* non loquitur de vulnerantibus proditoriè, sed de ijs, qui proditoriè occidunt, & idè ex vi verborum, requirit actum consummatum cù effectu subsequuto *Peregr. de imm. eccles. cap. 7. n. 13. Farinac. eod. tit. de Immun. cap. 9. n. 145 & seq. quos refert, & sequitur Dian. d. par. 1. tr. 1. ref. 4. & par. 6. tr. 1. resol. 12. Vulp. in Prax. iudic. cap. 3. n. 10. Lezan. doc. citat. ver. Immunitas ecclesiarum numer. 12.*
- 82 Quartò hac immunitate gaudet qui infidelem proditoriè occiderit: priuatio enim immunitatis imponitur occidèti suum proximum *ex dicta constitutione Gregorij, ibi, qui proditoriè proximum suum occiderint, infidelis verò. strictè loquendo non videtur noster proximus, quia nobiscum non communicat in fide, neque in sacramentis, neque in ecclesia Ambrosin. c. 7. n. 12. quem refert Bonacin. de Censur. in part. disp. 2. q. 3. pun. 16. §. 8. numer. 6.*
- 83 Quintò eadem immunitate gaudet procurans abortum foetus animati sequuto effectu *Bonacin loco cit. n. 8. Dian. par. 7. tract. 5. ref. ult.* Quia infans in tali casu, cum non sit rationis capax, decipi nō videtur: deceptio enim, & dolus erga illum tantum committitur, qui dolum cognoscere, & præcauere aliqua ratione potest: quãuis contrarium teneat *Lezan. in Sum. to. 3. ver. Immunitas ecclesiarum num. 12. Peregrin. de Immun. eccles. cap. 8. nu. 8. & alij apud præcitatos Doctores, quia occiditur is, qui nullo pacto præuidit, vel præcauere potuit talem mortem.*
- 84 Sextò priuatur immunitate Assassini, hoc est qui accepto, seu promisso pretio aliquem occidunt incautum, vel occidi mandant, vel ad id cooperantur *glos. & DD. in cap. 20. de Homicid. in 6. Clar. in §. Assassinium in princ. Boss. tit. de mandat. ad homic. num. 14. Leza. in Sum. to. 3. ver. Immunitas ecclesiarum nu. 13. & alij apud Bonacin. de Censur. in part. disp. 2. q. 3. pun. 16. §. 9. nu. 2. & 9.*
- Dixi, qui accepto, vel promisso pretio, primò quia non videtur differentia, an actu detur, vel solum promittatur *secundum Boss. loco cit. num. 14. & omnes, secundò nē comprehenderem eos, qui aliquem occidunt nullo accepto, vel promisso pretio, sed mouetur spe alicuius præmij à mādatore accipiendi Lezan. loco cit. num. 13. Bonacin. ubi supra nu. 3. Dian. par. 1. tr. 1. ref. 18. in fin. tertiò quia non sufficerent ad constituendum reū assassiniij sola verba vrbantatis, seu sola promissio mandantis vaga, & iactatoria, vt si mandans diceret, se nunquam defuturum, in mandatarij necessitatibus: nec item sufficeret, si res parux quantita-*

- titatis detur, parum enim pro nihilo reputatur; & ideo in his casibus immunitas locum habet *Bonacin loco cit. Dian. par. 6. tr. 1. ref. 11.* neque si mandatarius acceperit pretium pro itinere faciendum ad occidendum: tunc enim non dicitur reus Assassini, quia iste non dicitur occidere obpretium *Lezan. ubi supra nu. 13.*
- 85 Anverò Iudex, qui pecunia corruptus innocentem ad mortem damnauit, aut testis, qui pretio falsum deposuit, ex quo innocens similiter ad mortem damnatus fuit, gaudeat immunitate? Resp. affirmatiuè, quia isti moraliter, & non phisicè occidunt; ab Immunitate autem excluditur qui propriè, non autè impropriè occidit; & hanc sententiã esse probabilem dicit *Bonacin. de legib. disp. 3. q. 7. pun. 6. §. 4. num. 8. Dian. par. 4. tr. 1. ref. 10. 4.* quamuis alij contrarium sentiant. Vnde etiam falsum rethem, qui nullo recepto pretio causa fuit, vt aliquis ad mortem damnatus fierit, non dici homicidam proditorium propter eãdem rationem, & ideo non esse priuadum immunitate tenet idè *Dian. par. 6. tr. 1. ref. 26. vers. quæro undecimò, ubi citat Castr. Palatum. to. 2. tract. 11. disp. vn. pun. 10. num. 8.*
- 87 Dixi, aliquem, quia si rei natura spectetur, assassinium committi potest non solum occidendo Christianum, sed etiam infidelem secundum *Decian. Peregr. & Mar. Ital. apud Bonacin. d. §. 9. n. 9.* & alios apud *Dian. par. 6. tr. 1. ref. 11.* contrarium tamen quoad in-
- fidelem dicit *Boss. loco cit. nu. 22. Vulp. in Prax. Iudic. cap. 3. num. 11. Clar. S. assassinium in princ. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 7. ref. 37. & alij,* quod videtur probari ex cap. 1. de *Homic. in 6. ibi, quempiam Christianum*
- 88 Dixi, occidunt incautum, primò nè comprehenderem eos, qui accepta pecunia aliquem vulnerarunt, quia si non occidunt, non dicitur propriè committere crimè assassini *Vulp. in Prax. c. 3. nu. 11. Dian. d. p. 6. tr. 1. ref. 11. se retracta. à priori sententiã, quam docueras par. 1. tr. 1. re. 18.* Vnde qui accipit pecuniam solum ad vulnerandum, vel percutiendum, non autem ad occidendum, non est Assassinus *Lezan. in Sum. to. 3. verb. Immunitas ecclesiarum. numer. 13.*
- 89 Secundò nè comprehenderem similiter eos, qui suos inimicos socijs pecunia conductis occidunt, aut qui communem inimicum interficiunt, etiam si ab alijs pecuniam ad hoc acceperint, quia in tali casu non occidunt incautum *ita Farinac. Clar. Ambrosin. & alij apud Bonacin. de legib. disp. 3. q. 7. pun. 6. §. 4. num. 5. Lezan. loco cit. nu. 13. Dian. par. 1. tr. 1. ref. 18. & par. 6. tra. 1. ref. 11.*
- 90 Dixi, vel occidi mandant, tum quia assassinium propriè committitur, dum datur mandatum ad occidendum, non autem ad vulnerandum *cap. 1. de Homicid. in 6.* tum quia etiam mandantes sunt huius criminis rei, etiam si non sequatur homicidium, vt in d. cap. 1. quando saltè deuentum est ad actum insultus, vel vulnerum *Boss. in tit. de*

de mandat. ad homicid. nu. 16. quare etiam mandantem priuari immunitate resoluit Ricc. in Collec. decis. 1792. par. 5. vbi citat Triuis. decis. 18. par. 2.

91 Dixi, vel cooperantur, quia immunitate priuantur etiam fautores, auxiliatores, & receptatores Assassinatorum: isti enim dicuntur etiam rei Assassini iuxta tex. in d. cap. 1. vbi glos. ver. receptauerit de Homicid. in 6. cuius dispositio locum habet non tantum in eo genere personarum, quæ erant Infideles, & appellabantur Assassini, sed etiam in omnibus iuxta communem Doctorum sententiam. Boss. loco cit. d. nu. 16. Clar. in §. Assassinium in princ. quod procedit etiam iuxta constitut. Gregor. XIV. quæ generaliter loquitur de reis Assassini: vnde ita resoluunt Farinac. Gutier. Peregrin. & alij apud Bonacin. d. §. 9. nu. 7. in fin. Lezan. loco cit. d. n. 13. Dian. p. 4. tr. 1. ref. 33.

92 vbi tamen contrarium tenet in mediatore assassini.

93 Hoc autem delictum probatur per probabilia argumenta, vt in d. cap. 1. de Homicid. in 6. Boss. in tit. de Conuict. nu. 55. Clar. vbi sup. vers. præterea, etiam si indubitata non sint Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. ref. 36. vbi dicit, hanc esse communem: quod est speciale in hoc crimine propter illius atrocitatem, vt dicit Ricc. ibidem d. par. 2. ref. 38.

94 Septimò priuantur immunitate hæresis Rei, sub quorum nomine non tantum veniunt qui pertinaciter contra fidem sentiunt, & Apostata à fide, sed etiam schif-

matici, quiq. auxilium, aut fauorem hæreticis præbent, vt dicunt Doctores, quos refert, & sequitur Bonacin. de Censur. in partic. disp. 2. q. 3. pun. 16. §. 10. vbi etiam notat, hoc procedere, etiam si nondum declarati sint hæretici, sed tales sufficienter præsumantur.

95 Vnde non solum blasphemus hæreticalis, sed etiam quicumque alius de hæresi quouis modo suspectus, si ad ecclesiam confugiat, ab ea à ministris S. Officij indifferenter extrahitur, tum quia talis est reus criminis hæresis, tum quia cum error hæresis consistat in intellectu, non aliter declarari potest, nisi per ipsiusmet rei confessionem Farinac. de Immun. eccles. cap. 13. numer. 175. quem cum alijs refert Dian. par. 1. tr. 1. ref. 38. & p. 4. tr. 1. ref. 51. Ricc. in Prax. for. eccl. par. 2. ref. 9. & in Collec. decis. 75. Lezan. in Sum. to. 3. ver. immunitas ecclesiarum num. 14.

96 Hoc tamen non procedit in alijs blasphemis, quos gaudere immunitate tradit Nau. cap. 25. num. 20. & alij apud Dian. par. 6. tr. 1. ref. 26. neque in Apostata à religione, hic enim gaudet immunitate in omnibus alijs ecclesijs exceptis ecclesijs eiusdem religionis, à qua apostatauit idem Dian. loco proxime citato d. ref. 26. vbi citat Farinac. de Immun. cap. 13. nu. 169. Ital. lib. 1. cap. 3. §. 1. numer. 17. Trullenb. in Decal. to. 1. lib. 1. c. 11. dub. 2. nu. 2. & 3. & alios.

97 Blasphemia verò hæreticalis ea censetur, quæ directè opponitur fidei confessioni: non hæreticalis ea est, quæ fidei confessioni non oppo-

opponitur *Ricc. in Prax. for. eccles. ar. 2. ref. 9.*

98 Octavo priuantur immunitate Reicriminis lese maiestatis in personam ipsiusmet Principis. Quod procedit tribus concurrentibus conditionibus, quarum prima est, vt crimen committant in personam ipsiusmet Principis Superiorem in sua Iurisdictione non recognoscentis, qualis est Summus Pontifex, Imperator, Rex, & similes *Clar. in d. lese maiestatis vers. committitur Dian. par. 1. tr. 1. ref. 6. & alij communiter.* Secunda, vt subditi sint illius Principis ratione domicilij, vel originis iuxta *Clem. pastoralis vers. rursus de sent. & re Iud. Dian. ubi supra ref. 7. Lexan. in Sum. tom. 3. ver. Immunitas ecclesiarum n. 15. & est communis opinio.* Tertia, vt exerceatur actio in: damnum, & offensam personae Principis, vt occidendo, vulnerando, percutiendo, coniu-rando, machinando, hostiliter insequendo personam Principis, aut reuelando hostibus secretum ipsius Principis, vt ab ipsis capiatur, ita *Doctores quos refert, & sequitur Bonacin. de Censur. in partio. disp. 2. q. 3. pun. 16. §. 11. nu. 10. ubi idem dicit de consulentibus, auxiliantibus, aut fauorem praestantibus: isti enim omnes criminis lese maiestatis in personam Principis rei sunt; quod procedit etiam si effectus sequutus non fuerit: in hoc enim atrocissimo delicto punitur solus affectus, praesertim si deuentum fuerit ad actum proximum *l. quisquis C. ad l. Iul. Maiest. & est communis Doctorum senten-**

*tia, vt dicit Clar. in d. lese Maiest. vers. scias autem.*

99 Hinc infertur primo, quod licet offendens consiliarium supremi Principis, qui assistit lateri eius, dicatur reus lese maiestatis in primo capite, vt in *d. I. quisquis Boss. in tit. de crim. les. maiest. n. 5. Guid. Pap. dec. 344. ubi etiam Add. Vulp. in Prax. Iudic. cap. 3. num. 5. & alij communiter: non tamen priuatur immunitate ecclesiastica, quia solum excipitur offendens personam ipsius Principis *Bonacin. loco cit. d. §. 11. num. 3. & seq. ubi citat Farinac. Peregr. Mar. Ital. & alios Dian. par. 1. tr. 1. ref. 20. & par. 6. tr. 1. ref. 18. Vulp. loco cit. & ita tenent omnes scribentes post bullam Gregorianam.**

100 Vnde hac immunitate gaudet offendentes S. R. Ecclesiae Cardinales, Nuncios apostolicos, Episcopos, vxorem, aut filium Regis, Oratorem, Proregem, aut alios ministros Principis, qui superiorē recognoscunt, vt dicunt citati *Doctores, & de offendente Baronem dicit Ricc. in Prax. for. eccles. p. 2. ref. 3.*

101 Ita etiam quando crimen hoc committitur contra supremos Principes, de eo etiam post mortem delinquentis cognosci, & procedi potest, & defuncti memoria damnari *l. final. C. ad l. Iul. Maiest.* hoc tamen non procedit, quando committitur contra Principes inferiores: tunc enim morte delinquentis crimen extinguitur iuxta communem sententiam, vt dicit *Clar. in d. S. lese maiestatis vers. item licet, immo subdit idē Clar.*

*ibidem*



*ibidem* vers. *præterea*, quod de iure pœna confiscationis bonorum non habet locum; quando committitur crimen læsæ Maieſtatis contra Principem inferiorem: sed contrarium in hoc videtur verius per l. *meminisse C. ad l. Iul. maieſt. au. th. bona damnatorum*, & *ibi gloſ. in ver. fisco*, & *ver. iubemus C. de bon. proſcript.* vbi quoad hoc crimē veteres leges confirmantur.

103 Infertur 2. quod ratum habentes, aut defendentes huiusmodi delinquentes post factum, aut scientes delictum patrandum, sed non reuelantes non sunt immunitate priuandi: quia particula illa, *in personam*, indicat actionem positivam; rati habitio autem, & omiſſio reuelandi non importat huiusmodi actionem, & influxum positivum, ut cum *Peregr. & alijs obſeruat Bonac. in d. §. 11. n. 10. Dian. par. 1. tr. 1. ref. 7. & par. 6. tract. 1. resolutione 18.*

104 Infertur 3. Clericos offendentes Principem non esse censendos reos criminis læsæ maieſtatis, etiā si nati sint in terris eiusdem Principis: quia per clericatum à laica potestate exempti sunt *Clar. in d. §. de læsæ maieſt. vers. Hinc infertur vbi de communi.*

105 Infertur 4. quod coniurans, seu machinans, ut tradat inimicis regnum, vel Ciuitatem, immunitate gaudet: quia in tali casu delinquens non dicitur coniurare in personam Principis, nec facere actionem in offensionem personæ, sed dignitatis, quæ tali personæ cōpetit *Peregr. de immun. cap. 10. n. 7. Farinacc. in Apend. cap. 14. n. 190.*

*Mar. Ital. de immun. lib. 1. cap. 5. §. 7. n. 45. & alijs, quos refert, & sequitur Dian. par. 4. tr. 1. ref. 103.*

106 Infertur 5. quod licet subditi per rebellionem resistant suo Principi, illique non obediunt, non tamen priuantur immunitate, si non offendant personam Principis *Dian. par. 1. tr. 1. ref. 7. vbi citat etiam Peregr. de immun. cap. 10. n. 8.*

#### §. IV.

*An reus possit capi in ecclesia, si dubitetur, eum commisisse delictum aliquod in constitutione Gregorij exceptum.*

107 **S**I curia secularis prætedat, reum commisisse aliquod crimen exceptum, potest idem reus cum expressa licetia Episcopi seruata forma dictæ constitutionis capi, & in carceribus Curie ecclesiastica reponi, & ibi detineri, donec per Episcopum cognoscatur, an verè delictum exceptum commiserit, ut constat ex d. *constit. & notat etiam V. alp. in Prax. Iudic. c. 3. n. 21. Clar. §. fin. q. 30. vers. quæro modo*, & in tali casu Episcopus debet formare processum ad probandum, an delictum sit de exceptis non enim sufficeret, per curiam secularè ostendi, & exhiberi Episcopo processum ab eadem Curia fabricatum, quo constet, delinquentem commisisse crimen exceptum quia Iudex ecclesiasticus non tenetur stare processui facti à Iudice laico *Ricc. in collect. dec. 1792. par. 5. Dian. part. 5. tr. 1. ref. 9. & alijs,* tum quia processus factus à Iudice

ce

- et seculari nullam fidem facit iurisdictione ecclesiastica *l. fin. C. si à non comp. l. d. Vulp. d. c. 3. n. 22. Lezan. in ver. Immun. ecclesiarum. nu. 28.*
- 109 Debet autem plenè, & concludenter constare de delicto in dicta constitutione excepto, antequam reum tradat curiæ seculari, quia per dictam constitutionem, requiritur, vt verè constet de delicto, & ideò admitti non debent præsumptiones, & coniecturæ *Ricc. in Prax. for. eccles. part. 2. ref. 38. & in collect. dec. 1792. p. 5. & alij apud Dian. p. 3. tr. 1. ref. 38. & par. 4. tr. 1. ref. 112. & par. 5. tr. 1. ref. 9.*
- 110 Refert tamen idem *Ricc. d. ref. 38. in fin. Clementem VIII. declarasse, quod sufficiunt sola indicia ad probandam qualitatem dictæ constitutionis.*

## S. V.

An Episcopus absoluerè possit ab excommunicatione contracta ob violatam ecclesie immunitatem.

- 111 **H**ic non loquimur, an Episcopus absoluerè possit ab huiusmodi excommunicatione, quando crimen est occultum: in hoc enim casu certum est, quod Episcopus potest absoluerè ex facultate sibi concessa à *Conc. Trid. sess. 24. de ref. cap. 6. vt notat Bonacin. de Censur. in part. disp. 2. q. 3. pun. 16. §. 16. n. 2.* sed sermo est, an Episcopus possit ab hac censura absoluerè, quando crimen est publicum. Affirmatiuam sententiam in

hoc tenet *Vulp. in Prax. iudic. c. 3. nu. 29. Genuens. in Prax. Archiep. c. 17. n. 3. & 4. Ricc. in Prax. for. eccles. part. 2. ref. 333. & alij apud Dian. p. 1. tr. 1. ref. 41. Barbof. de off. & pot. Episc. par. 3. alleg. 5. n. 72. Bonacin. loc. cit. n. 1. quia hic casus non reperitur expressè reseruatus c. nuper de sent. excom.*

Alij verò asserunt, hanc censuram ob violationem immunitatis contractam, esse reseruata summo Pontifici, sic enim decisum fuisse in sacre penitentiariæ prætorio annuente Paulo V. testatur *Peregr. de immun. cap. 15. n. 16. què refert Di. loco cit. & ita declarasse Sac. Cong. dicit idem Dian. par. 6. tr. 1. resol. 34. Lezan. in sum. to. 3. ver. immunitas ecclesiarum n. 21. vbi etiam testatur de stilo curiæ Romanæ.*

- 112 Ad huiusmodi autem censuram incurendam nõ requiritur actus completus, sed sufficit attentatus, quia *Gregorius in d. consil. punit etiam attentantes, & ideò sufficit, quod fuerit deuentum ad aliquem actum exteriorè, etiam si extractio non fuerit subsequuta. Peregr. de immun. c. 14. nu. 7. Mar. Italeod. tract. lib. 1. cap. 6. §. 2. n. 60. Parinac. de immun. cap. 20. nu. 322. quos refert. & sequitur Dian. par. 1. tract. 1. ref. 15. Lezan. loco cit. nu. 21. non tamen sufficeret sola voluntas, seu ordinatio ad delinquendum: hæc enim regulariter non punitur, nisi processum sit ad aliquem actum ordinatum de præsentì ad ipsum factum, vt d. *Ricc. in Prax. part. 3. resolut. 488.**

## SUMMARIVM.

- 1 Quando testamentum censeatur factum ad pias causas.
- 2 Quae dicantur legata ad pias causas, & num. 3. 4. & 5.
- 6 Pauper etiam dicitur qui secundum qualitatem suae persona vivere non potest.
- 7 Beneficiarius potest aliquid donare consanguineis pauperibus.
- 8 An legatum dotis factum mulieri coniuncta dicatur pium.
- 9 Exequutio legatorum piorum non differtur durante tempore Inventarij per heredem conficiendi.
- 10 Legata pia possunt capi propria auctoritate.
- 11 In legatis pijs fructus etiam a tempore mortis testatoris debentur.
- 12 Statur iuramento sacerdotis assentis, missae esse celebratas.
- 13 Item in hoc praestatur fides libro Sacristiae, in quo ab officiali deputato quotidie scribuntur missae.
- 14 An possit purgari mora, si missae non fuerint ea die a Testatore praescripta celebrata.
- 15 Episcopus in legatis pijs est Iudex competens.
- 16 Item est exequutor piarum dispositionum tam viventium quam defunctorum, & quomodo id intelligatur.
- 17 Episcopus cogit exequutores etiam exemptos ad reddendam rationem de testamentorum exequutionibus.
- 18 Episcopus est etiam exequutor in legatis prophanis.
- 19 Haredibus seu exequutoribus a iure annus praefigitur ad solvendum legata tam pia, quam prophana.
- 20 Annus huiusmodi non currit nisi post monitionem.
- 21 Episcopus potest huiusmodi annum restringere etiam in legatis prophanis.
- 22 Transactio anno ad Episcopum devoluitur ius exequendi.
- 23 Si Ecclesia, vel pauperes sint instituti haec redde, potest Episcopus coram suo Vicario petere, se immitti in possessionem bonorum.
- 24 Quid si haeres intra annum non potuit adimplere voluntatem defuncti.
- 25 Episcopus non succedit in exequutione post annum, si Testator providit exequutoribus de longiori tempore.
- 26 Exequutio legatorum prophanorum tam ad ecclesiasticum, quam ad secularem iudicem spectat, exequutio vero in legatis pijs ecclesiastico tantum competit.
- 27 De iure canonico duo testes cum Parocho sufficiunt in testamentis communibus, in testamentis vero ad pias causas duo tantum testes sufficiunt sine Parocho.
- 28 In Regnis Hispaniarum testamentum coram tribus testibus, & Notario confici potest.
- 29 An dispositio cap. cum esset, & cap. relatum primo de Testam. servanda sit in terris Imperij, & quomodo id intelligatur.
- 30 locus non desinit esse de Terris Ecclesiae, licet ecclesia committat alteri temporalem iurisdictionem illius loci.

- 32 Testamentum factum à Clerico iuxta formam iuris Canonici valet ubique locorum.
- 33 Ius canonicum in testamento ad pias causas non exigit duos testes pro foro conscientiae, sed pro foro externo.
- 34 In testamentis prophanis ultra Parochum, & duos testes requiritur etiã quod testator sit egrotus.
- 35 Testamentum factum coram alio sacerdote, qui non sit Parochus, non valet.
- 36 Quid si esset talis Sacerdos, cui loco Parochi omnis cura, & Sacramentorum administratio commissa fuerit.
- 37 Testamentum prius conditum cum solemnitate iuris reuocatur per secundum factum ad pias causas.
- 38 An in testamento condito secundum formam iuris canonici sufficiant testes foemina, & numero. 38.
- 39 In quibuscumq; testamentis monachus est legitimus testis.
- 40 In testamento facto inter liberos sufficiunt duo testes etiam foeminae.
- 41 In testamentis ad pias causas, & inter liberos non requiritur rogatus testium.
- 42 In eis sola subscriptio manu testatoris sine testibus facta vim testamenti obtinet.
- 43 Testamentum militis valet sine aliqua solemnitate.
- 44 An hoc priuilegio gaudeant milites nostri temporis, & nu. 45.
- 45 Antestamentum militari iure conditum subsistat etiam post missionem.
- 46 An in testamentis ad causas prophanas conditis requiratur rogatus testium, & numer. 48. & 49.
- 50 Testamentum ad pias causas non subiacet legi positivae.
- 51 In testamento inter liberos praesumitur parentum deliberatio erga liberos.
- 52 Si ecclesia, seu pia causa instituta sit haeres, valet testamentum factum coram duobus testibus etiam quoad legata, prophana, secus si pia causa non fuerit haeres instituta.
- 53 Legata pia debentur etiam si testamentum sit inualidum.
- 54 Si testator capit facere testamentum, & morte praeventus non absoluit, adhuc valet quoad relicta pia.
- 55 An testamentum inter liberos valeat, si testator morte praeventus illud perficere non potuit.
- 56 An ultima voluntas captatoria valeat in relictis ad pias causas.
- 57 Quid si testator simpliciter dixerit, committo dispositioni Titij omnia bona mea.
- 58 Valet testamentum ad pias causas etiam sine institutione haeredis.
- 59 An praeteritis liberis testamentum, ac legata ad pias causas subsistaneantur.
- 60 Testamentum nutu conditum favore pia causa non irritatur.
- 61 Valet testamentum ad pias causas etiam si haereditas adita non sit.
- 62 Testamentum conditum cum solemnitatibus iuris, etiam ad pias

- pias causas reuocatur per secundum iuribus solemne ad pias causas.*
- 63 *Legata pia semper debetur etiam si non possint adimpleri, vel de facto, vel de iure.*
- 64 *An detrahatur Falcidia de relictis ad pias causas.*
- 65 *Legata pia debent ante omnia detrahi, ut as alienum.*
- 66 *An trebellianica detrahatur ex fideicommissio uniuersali.*
- 67 *Quid sit restituenda sit hereditas immmediate priuato, mediate autem pia cause.*
- 68 *In quibus casibus Falcidia, & Trebellianica detrahatur de relictis pijs, & nu. 69. 70. & 71.*
- 72 *An Confraternitates laicorum, & Hospitalia fundata absque Episcopi auctoritate censeantur pia causa.*
- 73 *Filiusfam. testari potest de peculio castrensi, vel quasi.*
- 74 *An possit filiusfam. de peculio profectitio, vel aduentitio testari ad pias causas.*
- 75 *Quoties iura requirunt consensum, non sufficit consensus tacitus, sed requiritur expressus.*
- 76 *Filiusfam. Patre permittente potest donare causa mortis.*
- 77 *An legata piarelicta ad unum usum possint ab Episcopo in alium usum conuerti, & num. 78.*
- 79 *An in hoc casu requirendus sit consensus heredis, & ecclesie, cui legatur.*
- 80 *An potestas commutandi ultimas voluntates transeat in capitulum sede vacante.*
- 81 *No n potest fieri commutatio ab*

*Episcopo, quando Testator prouidit, quid faciendum sit de legato, & su non impleto.*

- 82 *Que causa requiratur ad commutandas ultimas voluntates.*

## CAP. X.

### De Testamentis, & legatis Pijs.

#### S. I.

*Que sint testamenta, & legata pia.*



Testamentum censetur factum ad pias causas, quando hæres est pia causa, aut quando substitutio- nis via hereditas deuenit ad piã causam, & ideo si aliquis alius esset hæres, non censetur testamentum ad pias causas, quamuis ibi plura essent legata pia *Fagund. de Iust. lib. 6. cap. 3. nu. 18. & 19. Molin. to. 2. tract. 2. disp. 134. & alij, quos refert, & sequitur Diana p. 7. tr. 6. ref. 1. Bonacm. de Contract. disp. 3. q. 1. pun. 3. nu. 20.*

Legata verò ad pias causas ea intelliguntur, quæ præcipue relicta sunt ob Dei, & Sanctorum honorem, vel animæ spiritualem salutem, videlicet, quæ ecclesijs, alijsque pijs locis, pupillis, pauperibus, & orphanis, & alijs miserabilibus personis, vel pro maritandis pauperibus virginibus, vel pro captiuorum redemptione, aut

- aut pauperum, vel religiosorum, etiam consanguineorum sub-  
tentione, vel satisfactione pro pec-  
catis, vel defunctorum suffragijs  
relinquuntur *Abb. in rubr. de test.*  
*num. 9. & in cap. relatum 1. num. 7.*  
*& ibi Barbat. nu. 14. eod. tit. Bart.*  
*in l. si quis Titio num. 4. ff. de leg. 2.*  
*Sylu. in ver. legatum 4. q. 1. Tiraq.*  
*in Prefat. tract. de Priuileg. Pia*  
*causa, & alii apud Dian. par. 7. tr. 6*  
*ref. 29. & 30. Bonacin. d. disp. 3. q.*  
*17. pun. 8. §. 2. num. 1.*
- 3 Pia etiam censetur legata reli-  
cta Confraternitatibus laicorum,  
& Hospitalibus etiam non pijs, aut  
nō fundatis auctoritate Episcopi,  
quia pro anima præsumuntur re-  
lieta *Gabr. commun. conclus. lib. 6.*  
*tit. de Pia causa conclus. 1. nu. 9. &*  
*10. M. wescott. lib. 2. var. cap. 72. nu.*  
*21. & alij apud Dian. loco cit. d. ref.*  
*29. & 30. item relicta pro malè*  
*ablati, vel pro imagine alicuius*  
*Sancti depingenda, aut pro con-*  
*structione monumenti* *Ricc. in*  
*Prax. for. eccles. par. 4. ref. 352. & in*  
*Collect. decis. 553. par. 3. vel pro cō-*  
*struendis, vel reficiendis ecclesijs,*  
*feu monasterijs* *Ricc. ubi supra,* vel  
pro retrahendis peccatoribus a  
statu peccati, videlicet si lega-  
tum fiat meretrici, vt ad meliorē  
redeat vitam *Bonacin. d. q. 17. pun.*  
*8. §. 2. num. 1. versidem censeo.*
- 4 Inter pia numerantur etiam le-  
gata relicta ad vtilitatem publi-  
cam, puta pro constructione, siue  
refectione pontium, & viarū &c.  
saltem quando necessitas immi-  
net, vt licet *Doctores apud Dian.*  
*par. 7. tr. 6. ref. 30. vel si fiant intui-*  
*tu pauperum, seu ratione causæ*  
*piæ* *Bonacin. ubi supra d. §. 2. nu. 1.*  
*versidem valet* item legata alimē-  
torum *l. mela ff. de Alim. & cib. leg.*  
quod intellige, quando relinquitur  
pauperi, secus si relinquuntur  
diuiti *Barbos. de offic. & pot. Episc.*  
*par. 3. all. 82. nu. 10. & seq. vbi etiā*  
*dicit, quod relictum causa studij*  
*censetur pium; quod procedit si*  
*fiat similiter in vtilitatem paupe-*  
*rum, vt d. Bonacin. loco cit. d. §. 2.*  
*num. 1. versidem valet.*
- 5 Pium etiam censetur legatum,  
quod relinquitur regulari, seu  
moniali etiam consanguineo, quia  
cum huiusmodi personæ nil pro-  
prium habere possint in particu-  
lari, tale legatum censetur factum  
ecclesiæ *Menoch. de Præsumpt. lib.*  
*4. præsumpt. 112. num. 10. & alij,*  
*quos refert, & sequitur Dian. par. 7.*  
*tract. 12. ref. 11.*
- 6 Sed notandum est 1. quod pauper  
censetur etiam is, qui habet qui-  
dem bona sufficientia, vt possit vi-  
uere, non tamen secundum con-  
ditionem, & qualitatem suæ per-  
sonæ, & ideo quod illi ea confide-  
ratione, & causâ relinquitur, cen-  
setur relictum ad pias causas.  
*Bart. in repet. l. 1. n. 34. C. de Sac. ec-*  
*cles. Bald. in repet. d. l. 1. n. 97. Bonac.*  
*de contract. d. disp. 3. q. 17. pu. 8. §. 2.*  
*num. 1. vers. Idem dic. & alij apud*  
*Tiraq. loco cit. paupertas enim*  
non tantum consideratur ex ca-  
pite deficientiæ victus, sed etiam  
iuxta personarum qualitatem *l. si*  
*quis ad declinandam vers. sin au-*  
*tem C. de Episc. & Cler. Nauar. de*  
*Redit. eccles. q. 1. mon. 27. num. 3. &*  
*ideo licet Nepos Beneficiarij, qui*  
*humilis erat conditionis, secun-*  
*dum*

- dum suam humilem conditionem habeat necessaria ad victum, tamen post acquisitam à Patruo dignitatem dicitur pauper, & per consequens potest Beneficiarius ei de redditibus ecclesie aliquid donare, quò honorificè in sua domo conspiciatur: idemque dicendum est de fratre, vel sorore ipsius Beneficiarij, *vt d. Nau. loco cit. num. 4. Graff. Decis. aur. par. 1. lib. 2. cap. 100. num. 6. & 27. vbi etiã subdit, quod hoc debet esse tantum, quantum extraneis eiusdem qualitatis dari possit, non tamen, quo superbi, vel ociosi fiant, quia hoc est reprobatur per Conciliũ Tridentinum, sess. 25. de res. cap. 1.*
- 7 Notandum 2. quod tunc legatum dotis dicitur pium, quando est relictum persone extraneæ pauperi, secus si relinquatur mulieri coniunctæ, quia tunc etiam si sit pauper, videtur legatum potius factũ propter coniunctionem, & affectionem sanguinis, quam intuitu pietatis, etiam si testator diceret, se dotem legare pro anima sua. *Vulp. in Prax. iudic. c. 10. n. 14. vbi citat Dec. cons. 120. vol. 1. Vinc. de Frãch. dec. 4. & 565. quod procedit quando in legato non primum fit mentio paupertatis, secus si paupertatis primò fiat mentio: tunc enim censetur legatum pium, etiã si relinquatur consanguineis, seu coniunctis, vt post *T. iraq. Mantic. & alios d. Bonacin. d. 7. 17. pun. 8. S. 2. num. 2.**
- 8 Notandum 3. quod inter cetera priuilegia legatis pijs concessa illud etiam numeratur, quod exequutio huiusmodi legatorum non differtur durante tempore inuentarij per heredem cõficiendi, immò possunt capi propria auctoritate *Ricc. in Collect. decis. 215. p. 1.*
- 9 item in dictis legatis ad pias causas fructus non solum à die litis cõtestata, sed etiam a tempore mortis debentur: quemadmodum in legato relicto filijs in quantitate in satisfactionem legitime fructus etiam à die mortis debentur, & in legato pro dote fructus etiam debentur ex die nuptiarum *Vinc. de Frã. dec. 576. Masfrill. dec. 10. Gasp. Thes. decis. Rot. Taurin. 31. quos refert idem Ricc. in collect. decis. 589. parte. 3.*
- 10 Notandum 4. quod si fuerit legatum alicui ecclesie, vel sacerdoti pro celebrandis missis, stari debet iuramento Curati, vel Rectoris dicte ecclesie, vel sacerdotis asserentis, missas esse celebratas *Mascard. de probat. concl. 709. n. 2. quem refert, & sequitur Vulp. in Prax. Iudic. c. 10. n. 13. Guid. Pap. dec. 614. quemadmodum ex consuetudine præstatur fides libro sacristie, in quo ab officiali deputato quotidie scribuntur missæ, quæ in ecclesia celebrantur *Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. resol. 365. vbi etiam dicit, quod si ecclesia habet onus celebrandi certas missas quolibet die, sufficit probare, quod in ea totidem missæ à Religiosis celebrantur pro onerũ adimplemento.**
- 11 An verò possit purgari mora, quando sit legatum pro celebrandis missis, vel Anniversarijs certa die anni, vel mensis cum pacto resolutiuo, quod in casu negligentiæ tran-

transcat ad aliam ecclesiam? negatiuè responderet *Bart. in l. 1. nu. 6. ff. de pen. leg. Ricc. in Prax. for. eccles. p. 3. ref. 368.* vbi etiam notat, quod si Prælatus est negligens in adimplendis oneribus à testatore impositis, requiritur protestatio capituli contra Prælatum, alias omnes delinquerent.

## S. II.

Quis sit Iudex competens in legatis pijs.

**15** Episcopum, seu Iudicem ecclesiasticum esse competentem in legatis pijs etiam contra laicos, constat ex cap. nos quidem c. si heredes cap. tua nobis de Testam. Cõc. Trid. sess. 22. de ref. cap. 8. Ant. de Butr. in cap. relatum 1. n. 6 de testã. cum alijs, quos cumulat *Tiraq. de Priuileg. causa priuileg. 149. furd. de alim. tit. 8. priuileg. 9. n. 4. Couar. in d. cap. relatum 1. n. 13.* & non solum est iudex competens, sed etiam executor omnium piarum dispositionum tam defunctorum, quam viuentium, vbi nullus alijs fuerit nominatus executor *clm. vn. de Testam. S. si quis autem pro redemptione captiuorum Auth. de eccles. tit. Ricc. in collect. decis. 451. p. 2.* etiam si testator prohibuerit, ne Episcopus se intromittat *d. c. tua nobis de Testam. nisi testator ultra prohibitionem huiusmodi addiderit, quod si Episcopus in eius legatis se ingerat, tunc, & eo casu legata habeantur ac si nõ essent relicta: hoc enim casu non poterit Episcopus manus apponere, et*

*dicunt Doctores apud Vulp. in Prax. iudic. cap. 10. n. 11.*

Verum si testator exequutores sue voluntatis nominauerit, ad ipsos spectat exequi voluntatem ipsius testatoris iuxta *l. nulli, ibi, & si quidem testator designauerit C. de Episc. & Cler. nisi exequutores huiusmodi negligenter se gerat, quia tunc Episcopus exequitur Garc. de benef. p. 1. cap. 2. n. 98. quæ refert Diana par. 1. tr. 2. ref. 81.* vbi id limitat, quando in casu negligentie fundator, seu testator alios exequutores substituit, tunc enim, inquit, excluditur Episcopus, donec substituti constituantur in negligentia.

**17** Potest tamen Episcopus tales exequutores siue laicos, siue religiosos, & alios exemptos cogere ad reddendam rationem de testamentorum exequutionibus, quas gesserunt, & si circa id deliquerint, eos punire non obstante priuilegio exemptionis *d. clem. vn. de Testam. Leo in Thes. for. eccles. par. 2. c. vlt. Garlin. controuers. forensis. 1. cap. 2. 1. quos refert, & sequitur Diana par. 7. tr. 6. ref. 31. Ricc. in collect. dec. 451. par. 2. & dec. 503. par. 3. & in Prax. for. eccles. p. 4. ref. 579. vbi refert Sac. Cong. declarationem.*

**18** Hæc etiam cura incumbit Episcopo, etiam si legata pia nõ sunt cap. indicante, & cap. Ioannes de Testam. c. ultima voluntas 13. q. 2. Host. in d. c. Ioannes n. 2. & 3. Abb. in pp. c. cum esset n. 33. de testam. Syl. in ver. testamentum 2. n. 8. Ricc. in Collect. dec. 451. p. 2. & alij apud Geniens. in Prax. Archiep. cap. 69. n. 25. & hanc esse communem opinionem



im dicit Bonacin. de contract. disp. 3. q. 17. pun. 8. §. 10. & ratio est, tum quia defuncti inter miserabiles personas numerantur, cum sint desituti omni auxilio arg. c. 2. dist. 87. quarum causas certum est spectare ad iudicem ecclesiasticum. cap. super quibusdam de verb. sign. 22. tum quia piū satis est exequi voluntates defunctorum l. vel. negare ff. quē. testam. aper. Genuens. loco cit. tum etiam quia cū hāres, seu exequutor, qui non adimplet voluntatem defuncti, peccet mortaliter secundū negligentiae qualitatem ut dic. Nau. in Man. cap. 25. n. 65. & alij, ideō ratione peccati efficiatur laicus de foro Episcopi iuxta c. nouit de Iudic. itā Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 82. num. 16. & 17.

- 19 Hæredibus autem, seu exequutoribus à iure annus præfigitur ad soluendum legata, siue pia, siue prophana, vbi nullum tempus à testatore præfixum fuerit d. l. nulli C. de Episc. & Cler. Auth. hoc amplius C. de fideicom. cap. nos quidē de Testam. & notat etiam Genuens. loco cit. n. 25. annus verò huiusmodi non aliter currere incipiet, nisi post vnicam saltem monitionem à Iudice personaliter faciendam, ut colligitur ex d. cap. nos quidem ibi, ut eam commoneas, & d. cap. tua nobis ibi, monitione præmissa de Testam. quamuis possit Episcopus, præsertim ex iusta causa, huiusmodi annum restringere tam in legatis pijs, quam in prophanis Abb. 21. in d. c. nos quidē n. 11. & ibi Couar. n. 5. & alij apud Barbof. d. all. 82. nu. 22. & 24. vbi dicit, quod in tali

casu præmitti debet bina monitio quod præcipuè locum habet, quādo hères, seu exequutor copiam habet rei legatæ, tunc enim tenetur absque mora eandem præstare l. cum res legata. & l. si domus §. in pecunia ff. de leg. 1.

- 22 Transacto anno, siue alio breuiori tempore ab Episcopo præfigendo ad eundem Episcopū deuoluitur ius exequendi non solum in legatis pijs, sed etiam in alijs non pijs d. cap. nos quidem de Testam. d. l. nulli C. de Episc. & Cler. auth. hoc amplius C. de fideicom. Host. in d. cap. Ioannes nu. 2. & 3. Abb. in repet. d. cap. cum esses nu. 33. de Testam. Genuens. loco cit. Dian. p. 3. tract. 1. ref. 21. Vulp. d. c. 10. n. 10. 23 vbi etiam dicit, quod Episcopus coram suo Vicario potest petere, se immitti in possessionē bonorū, si ecclesia, vel pauperes sint instituti hæredes per doctrinam Baldi in l. si quis C. de Episc. & Cler. quod 24 procedit etiam si hères, aut exequutor testamenti non potuerit exequi intra annum, quia illud tempus non fuit præfixum in odiū hæredis, siue exequutoris, sed potius in fauorem defuncti, nè diū eius voluntas differatur ut ex d. c. nos quidē & d. l. nulli colligit Sylu. in ver. testamentum 2. nu. 8. hoc tamen locum habet in legatis alimētorum, aut ad pias causas, quæ ob impedimentum retardari non debent Tiraq. de Priuil. pia caus. priuil. 97. & alij apud Barbof. loco cit. n. 23. in alijs verò tempus à iure, vel ab homine præfinitum non currit legitime impedito ex reg. l. 1. in fin. C. de Annal. except.

25 Notandum est etiam, quod Episcopus non succedit in executione post annum, si testator prouidit exequutoribus de longiori tempore, vt d. Kirshou. relat. in Syntag. opin. com. tit. de testam. exequut. c. 1. vers. Episcopus.

Quamuis autem exequutio legatorum prophanorum tam ad iudicem ecclesiasticum, quam secularem spectet, vt pluribus auctoritatibus, & Rotae decisionibus probat  
26 Barbof. d. all. 82. n. 2. seculatum est in legatis pijs, quorum exequutio iudici ecclesiastico tantummodo competit, vt constat ex d. si quis autem pro redemptione captiuorum auth. de eccles. tit. capitula nobis de Testam. Conc. Trid. sess. 22. de ref. c. 8. ferr. qq. mor. p. 1. q. 73. n. 12. & 13. & communem dicit Bonac. in tract. de contract. d. disp. 3. q. 17. pun. 8. §. 10. Dian. par. 4. tract. 1. ref. 99. & haec videtur verior sententia, quicquid in contrarium dicat Couar. in d. cap. nos quidem n. 8. Gutier. pract. lib. 1. q. 44. nu. 3. & alij, quos refert & sequitur Barbof. d. all. 82. nu. 17. vers. que quidem, vbi resoluit, huiusmodi causas esse mixti fori.

### §. III.

Quot testes sufficiant in testamento ad pias causas.

**N**on mediocri est inter DD. controuersia circa huiusmodi testamenta ad pias causas, an videlicet requiratur vltra duos testes praesentia Parochi, siue sufficiant duo tantum testes, & idem videndum nobis est, in quibus ter-

minis procedant cap. cum esses, & cap. relatum 1. de Testam. vt inde privilegia pijs causis concessa facilius intelligamus.

27 Et omissis varijs Doctoru opinionibus, quas enumerant glos. Abb. Io. de Imol. in d. cap. cum esses, mihi semper placuit sententia Guil. Nafonis, quem refert, & sequitur Io. de Imol. in d. c. cum esses n. 11. vbi etiam Abb. n. 6. & 7. & ibidem Io. Andr. n. 2. de Testam. Speculat. lib. 2. tit. de instrum. edition. §. compendiose n. 11. videlicet, quod per ius canonicum duo testes cu Parocho, vel si non interueniat Parochus, duo alij testes vltra supradictos, qui interueniant loco Parochi, sufficiant in testamentis comunibus etiam ad non pias causas per tex. in d. cap. cum esses; in testamentis vero ad pias causas duo tantum testes sufficiant sine Presbitero per cap. relatum 1. eod. tit. de Testam. hanc autem sententiam esse magis communem dicunt Corn. conf. 261. n. 30. in fin. & n. 31. vol. 4. Clar. in §. testamentum q. 57. n. 1. & 3. vbi etiam dicit, quod hanc opinionem consuetudo approbat vbi que locorum, & hanc esse receptissimam, & communem testatur Couar. in d. c. cu esses n. 12. & 13. & in d. c. relatum 1. in princip. & ibidem Barbof. Valasc. decis. 74. nu. 4. 5. & 10. Marcellus Vulp. in prax. for. eccles. c. 10. n. 12. Kirshou. relat. in Syntag. opin. com. tit. de Testam. cap. 24. in fin. & alij.

28 Pari lege sancitum est in Regnis Hispaniarum, testamentum coram tribus testibus, & notario confici posse, vt trad. Couar. d. cap.

L cum

*cum esses n. 1. Menoch. de presump. lib. 4. presump. 4. n. 4.*

29 Quæ quidem conclusio cum hac distinctione recipienda est, vt quoad testamenta prophana, seu ad non pias causas procedat, & sit obseruanda in foro ecclesiastico vbiq; etiam in Terris imperij, & in Terris ecclesiæ in vtroq; foro tã ecclesiastico, quam sæculari: in relictis verò, seu dispositis ad pias causas procedat in vtroq; foro tã ecclesiastico, quam sæculari, non solum in Terris ecclesiæ, sed etiã in terris imperij, quia relictã ad pias causas vbiq; videntur esse sub iudicio Papæ, vt d. Io. de Imol. in d. cap. cum esses n. 13. & ibidem Io. Andr. n. 9. vbi dicit, itã communitè seruari Conuar. in d. cap. relatum 1. n. 1. de Testam. & de communi testantur Corneus cons. 168. n. 3. circa med. vol. 2. Clar. 9. testamentum q. 57. n. 2. vbi cõtrarias sententias reijcit, cū alijs apud Mascard. de Probat. conclus. 1352. n. 27. & seq. Barbosa. in d. cap. cum esses n. 2. & 7. & in d. c. relatum n. 2. Valer. in tract. de Differ. inter vtrumq; for. in ver. Testamentum differ. 2. nu. 1. vbi etiam de communi.

30 Nec desinit esse de Terris ecclesiæ, licet ecclesia committat alteri temporalem iurisdictionem, specialem illius Terræ Clem. Pastoralis de Re iud. & obseruat Corn. cons. 261. in fin. vol. 4. Valas. dec. 74. n. 7. post med. & alij apud Borrellum in Summa Decisionum to. 2. tit. 5. n. 18. & 19.

Sub hac tamen regula non cõprehenditur testamentum factum à Clerico iuxta formam iuris Ca-

nonici, nam illud valet vbiq; locorum, etiam in foro sæculari, & in alijs Terris, quam ecclesiæ: cum enim Clerici legibus tantum diuinis, & Canonicis, non etiam ciuilibus subditi sint, consequenter in eorum testamentis cessant omnes ciuiles solemnitates, sed tantum inspiciendæ sunt solemnitates diuini iuris, & canonici Valas. de success. creat. progress. p. par. lib. 3. §. 22. n. 84. Valas. decis. 74. nu. 13.

Sed circa prædicta notandum est quodius Canonicum non existit duos testes pro foro conscientie, sed pro foro externo, & ideo in conscientia testamentũ ad pias causas valeret, & obligaret, dummodo constet de mente Testatoris Maz. ushel. de cas. refer. disp. 2. c. 20. q. 1. n. 12. Less. lib. 2. cap. 19. dub. 2. n. 7. Layman. lib. 3. tract. 5. cap. 2. nu. 5. & alij quos refert, & sequitur Diana par. 7. tract. 6. ref. 2. 14. & 18. vbi etiam dicit, quod si hæredi cõstet, testatorẽ reliquisse aliquid ad piã causam, licet voce solum, & itã vt in foro externo probari non possit, in conscientie foro tenetur illud præstare Bonacin. de contract. d. disp. 3. q. 1. pun. 3. n. 16. & seq. vbi de communi.

33 addunt nonnulli DD. quod in testamentis prophanis non solum requiritur, quod interueniat proprius Parochus, aut loco illius duo alij testes, vt supra diximus, sed etiã quod testator sit infirmus, & in his terminis dicunt procedere tex. in d. c. cum esses, itã Guid. Pap. dec. 543. n. 11. Barbosa. in d. cap. cum esses. n. 8. vbi aduertit, eo tantum casu reprobari, & corrigi consue-

fuetudinem, & leges ciuiles amplio- rem numerum requirentes, ex ea ratione, quia infirmus non ita facile semper potest conuocare testes, sed, ut potest, voluntate suam explanat Parocho, qui ut medicus, & Index eius animæ in eo vitæ periculo, & conflictu frequenter adest cū infirmo; & ideo addit Guid. Pap. loco cit. n. 12. quod si infirmus ex illa infirmitate conualefceret, testamentum huiusmodi non valeret saltem ultra annum.

- 34 Si verò testamentum huiusmodi fieret coram alio sacerdote, non valeret, quia *tex. in d. cap. cum esses* loquitur de proprio Presbytero *Abb. speculat. & Io. de Imol. locis cit. V. alasc. d. decis. 74. nu. 9. Borell. to. 2. tit. 5. n. 6. Barbof. in d. cap. cum esses n. 6. Genuens. in Practicabil. eccles. q. 660. nisi esset talis Sacerdos,*
- 35 cui loco Parochi omnis cura, & Sacramentorū administratio commissa fuerit, quia tunc coram Parocho factum diceretur *Corn. cōf. 18. nu. 12. vol. 2. Borell. loco cit. n. 5. nec inconuenit, quod Presbyter Parochialis ad testamentum accedat tamquam notarius, quia etiā tunc validum esset cum duobus testibus Mascard. de Probat. conclus. 1352. nu. 29. Barbof. in d. cap. cum esses num. 6.*
- 36 Ex dictis sequitur, quod testamentum prius conditum cum solemnitate iuris communis reuocatur per testamentum ad pias causas saltem secundum ius gentium conditum: è contrā verò testamentum ad pias causas factum non infirmatur per secundū

minus solemne, etiam si venientes ab intestato hæredes instituti sint, ut post Panormit. Tiraq. & alios d. Dian. par. 7. tr. 6. ref. 25.

## §. IV.

*An in huiusmodi testamento condito secundum formam iuris canonici sufficiant testes femina.*

- 37 **A**lij dicunt, testes feminas in huiusmodi testamento non sufficere, præsertim cum *cap. cum esses*, requirat testes idoneos, & ita tenuerunt DD. quos refert, & sequitur Couar. in d. cap. cum esses num. 14. de testam. & communem dicit Clar. in §. testamentum q. 57. num. 2. in fin. vbi requirit testes omni exceptione maiores: & de iure quidem ciuili certum est, quod femina quamuis honestissima non potest esse testis in testamento, ut probat Couar. loco cit. sed mihi magis placet sententia Abbat. in d. cap. cum esses nu. 3. & Petr. de Anchar. ibidem num. 6. vbi dicunt, eos, qui de iure naturali à testimonio repelluntur, ut domesticus, inimici, pupilli, aut furiosi, & similes, etiam de iure canonico non esse in testamentis idoneos; illos verò, qui de iure ciuili tantummodò repelluntur, ut serui, & feminæ, de iure canonico, posse esse testes, & hanc esse communem testatur Io. Crotus in tractat. de Testib. tit. Qui testes prohibentur esse in testamento, quæ nō. num. 18. 19. & 20. vbi dicit quod omnes testes adhibiti in dicto te-

stamento possunt esse femina: hæc etiam esse communem dicit Iason. in l. hac cōsultissima n. 9. de testam. quia textus in d. cap. cum esses non loquitur de idoneitate iuris ciuilijs, sed de idoneitate iuris gentium, seu diuini Corn. conf. 168. num. 3. vers. fin. vol. 2. Valasc. decis. 74. num. 10. & 11. Bonacin. de contract. disp. 3. q. 1. pun. 3. nu. 15. quemadmodum etiam in Codicillis femina potest esse testis. glos. in l. vit. §. in omni ver. quinque, & ibi Bart. n. 7. C. de Codicill. & communem d. Crotus ubi supra nu. 13.

38 Que conclusio tantò magis procedit in testamento ad pias causas, in quibus duæ feminae satis erant Abb. & Anchar. locis cit. Ias. ut supra nu. 8. Crot. loco cit. nu. 15.

39 & alij apud Dian. par. 7. tract. 6. ref. 16. Couar. in cap. relatum 1. nu. 5. de Testam. ubi etiam dicit, in quibuscumque testamentis monachos legitimos testes censerit, etiam absque licentia Prælati, & plures refert Tiraq. de Priuil. pia. caus. priuil. 5. ita etiam in testamē-

40 to factò inter liberos duo testes sufficiunt, etiã si feminae sint Couar. & Tiraq. locis cit. & decisum refert. Ricc. in Collect. decis. 332. par. 2.

### S. V.

*Utrum requiratur in huiusmodi testamentis rogatus testium.*

41 **I**N testamento ad pias causas non requiritur rogatus, seu rogatio testium, cum etiam testamētum inter liberos coram duo-

bus testibus valeat, etiam si rogati non sint Bart. in repet. l. 1. nu. 76 C. de Sacros. eccles. late Tiraqu. loco cit. priuil. 3. Couar. in d. cap. relatum 1. num. 4. & ibidem Barbof. num. 2. in fin. de Testam. Mandos. ad Lap. alleg. 29. littera A. qui testantur de communi, & alij apud Dian. par. 7. tr. 6. ref. 17. immò in eis sola subscriptio manu testatoris sine testibus facta viam testamenti obtinet, quemadmodum sola subscriptio, etiam sine testibus sufficit in testamento inter liberos Tiraquell. de priuil. pia. caus. priuileg. 4. Valasc. decis. 67. num. 8. & banc esse communem dicit Couar. in d. c. relatum 1. n. 12. & alij apud Dian. loco cit. ref. 14. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. ref. 461. vbidicit, quod tex. in d. cap. relatum de Testam. requirens duos testes non excludit aliam formam testandi ad pias causas deductam ex alia forma testandi inter liberos ex authent. quod sine C. de Testam. & ex l. fin. & auth. si modo C. fam. ercisc. ad valorem enim testamenti, seu legati ad pias causas sufficit id, quod de iure naturali est sufficiens, vt scilicet sit potestas in disponēte, capacitas in eo, in cuius fauorem disponitur, & libertas in dispositione Sylu. ver. legatum quest. 10. Bonacin. de Contract. disput. 3. pun. 3. num. 16. Dian. d. ref. 14. quaest. 1.

42 Ita etiam testamentum militis valet sine aliqua solemnitate, etiã si esset scriptum in clypeo eius sanguine rutilanti, dummodò per duos testes recognoscatur eius manus l. milites in expeditione 15.

C. de

- C. de Testam. milit. quo priuilegio*
- 44 gaudent etiam milites nostri temporis, dummodò actu sint milites in numerum militum relati, & in castris, siue in expeditione versentur *l. ne quidam C. eod.* immò etiam si actu in Castris non sint, sed in loco propinquo ex Ducis concessione fortè valetudinis curandæ causa commorentur, habeant tamen animum reuertendi ad defenden. pro viribus Remp. *latè Dian. par. 7. traçt. 6. ref. 42. & 43.*
- 45 Eodem etiam fruuntur priuilegio aliæ personæ non militantes, dummodò sint in loco hostili. *glos. in l. Scriuarios ver. nullatenus C. de Testam. milit. qua in hoc effcõmuniter approbata, vt d. Clar. in l. testamentum q. 15. in fin.* huiusmodi verò testamenta militari iure condita valent quidem non tantum si in expeditione bellica miles decedat, sed etiam post missionem subsistunt, & durant, non tamen diutius anno *l. quod constitutum l. quod dicitur ff. de milit. testam.* quod intellige in honesta missione, non in ignominiosa, illorum enim testamenta, qui ignominie causa missi sunt, statim iure militari valere desinunt *l. testamenta ff. eod.*
- 47 In testamentis autem conditis ad non pias causas *Alex. cons. 70. num. 2. l. lib. 2. tenuit*, quod testes debent esse rogati, quia hæc solemnitas non reperitur correctæ à canone: *idem tenet Gratian. discept. forens. cap. 93. num. 1. & seq. vbi refert, ita resoluisse Rotam in Perpetua bonorum 7. Febr. 1583.*
- coram Gyptio Barbof. in d. cap. cum effes num. 7.*
- 48 Contrarium tenet Abb. *in d. cum effes n. 3. & 7. in fin.* vbi dicit, de æquitate canonica non requiri, quod testes se subscribant, vel quod sint rogati, quia Papa solùm nititur dispositioni iuris diuini, & sanctorum Patrum: *eãdem sententiam sequitur Petr. de Anchar. in d. cap. cum effes num. 6. & ibidem Ant. de Butr. nu. 5. & alij, quibus adde Genuens. in Practicab. ecclies. q. 660.* vbi dicit, quod in testamento facto coram Presbytero Parochiali non requiritur præsentia duorum testium, nec rogatus eorum pro forma essentiali, sed tantum ad probationem, & ideò si alio quouis modo probaretur, testamentum huiusmodi valeret etiam sine præsentia, & rogitu testium.
- 49 Prima tamen sententia communis est, & tutior, & ideò ab eã nõ est recedendum: quia in testamentis subest maior timor falsitatis, fraudis, & suspitionis, ideò cautius est agendum adhibendo rogatum testium, per quem tollitur omnis suspicio, præsertim quia testes debent considerare exloquela, & verbis testatoris, atque ex alijs signis, quæ percipi possunt, vtrum testator fuerit, & sit sanæ mentis, & an verba testatoris proferantur animo deliberato, *vt d. Gratian. d. cap. 93. nu. 1. & seq. vbi etiam notat, quod sufficit rogatus testium etiam præsumptus, vel aliquid tale, quod illi æquipolleat.*
- 50 Diuersa est ratio de testamentis factis ad pias causas, & inter liberos

beros; quia illa cum spiritu Dei agantur, non subiacent legi positivæ *Bart. in repet. l. 1. n. 82. C. de Sacros. Eccles. Lapis all. 25 num. 2. Ant. Fran. in addit. ad Abb. in c. cum effes nu. 3. de Testam.* & ideo tam testamenta, quam legata ad pias causas etiam in foro seculari iudicari debent secundum canones, & iura divina, & naturalia, seu gentium *Abb. in cap. relatu 1. num. 2. & ibidem Couar. nu. 1. de Testam. Bart. in repet. d. l. 1. in fin. C. de Sacros. eccles. in testamento*  
 51 verò inter liberos præsumitur parentum deliberatio erga liberos, cum naturalis stimulus urgeat Patrem ad cogitan. de filiis *amicissimos ff. de excus. Tut. Bald. in auth. quod sine n. 3. C. de Testam. Tiraq. de Priuil. pia caus. priuil. 3. in fin.*

### S. VI.

*Quando valeat testamentum factum ad pias causas coram duobus testibus sine Parocho*

52 **S**upra diximus, testamentum factum ad pias causas coram duobus tantum testibus valere per textum in d. cap. relatum 1. de Testam. sed hoc procedit, si testamentum principaliter fiat causa pietatis, hoc est si ecclesia, aut pia causa instituta sit heres, tunc enim coram duobus testibus factum valet, etiam quoad legata prophana *Euerard. Lun. conf. 27. n. 2. 1. vol. 1. Grass. de Success. d. testamentum q. 18. num. 7. Gratian. discept. 605. num. 23. & seq. Barbosa. de Jur. eccles. lib. 3. cap. 27. num. 96. &*

*alij apud Dian. par. 7. tract. 6. ref. 4. & hanc esse communem dicit Clar. in d. testamētum q. 6. vers. sed quæres.* Alioquin testamentum principaliter factum alio, quam pietatis respectu minus solemniter non instituta hærede pia causa nullum erit, non tantum quoad principale, sed etiam quoad legata pia in eo contenta *secundum Anton. de Butr. in cap. quod clericis n. 10. vers. idem puto de for. comp. Alex. conf. 41. num. 5. lib. 1. & conf. 177. n. 6. lib. 2. Ruin. conf. 1. num. 12. to. 2. Bartolom. Socin. conf. 5. numer. 11. vol. 3.*

53 Sed contrarium mihi videtur verius quoad legata pia, quæ etiam in tali casu debentur, etiam si testamentum, in quo fuerunt relicta, sit inualidum, ita tenet *Couar. in d. cap. relatum 1. num. 3. de Testam. Bart. in repet. d. l. 1. num. 60. C. de Sacros. Eccles. Federic. de Sen. conf. 217. per tot. Io. Antonius Rubens conf. 72. num. 5. ubi dicit hanc sententiam esse multum equam Tiraq. de Priuil. pia caus. priuil. 80. in fin. & alij plures, quos refert, & sequitur Dian. par. 7. tract. 6. ref. 3. & ratio est, tum quia legata pia non subiiciuntur subtilitatibus legum, ut d. Bart. loco cit. nu. 66. tum quia relicta in vltima voluntate etiam minus solemniter debentur naturali obligatione, secundum *Corneum conf. 278. nu. 1. vol. 1. ubi dicit hanc esse communem Doctorum sententiam Bonacin. in tract. de Contract. disp. 3. q. 1. pun. 3. nu. 2. & seq. & præcipue nu. 14.**

54 Ex quo sequitur primò, quod si testator cepit facere testamentum, vel

vel codicillum, & morte preuentus non absoluit, licet quoad alia irritum sit *l. si quis cum testamentu ff. qui testam. fac. poss. valet tamen quoad relicta pia, quæ in sua illa imperfecta dispositione iam expresserat Abb. in cap. 1. & penult. de success. ab intest. & alij apud Diana p. 7. tr. 6. ref. 19. qui de communi testatur, & hanc etiam esse communem dicit Bonacin. d. disp. 3. q. 1. prin. 3. n. 21. & in hoc testamento ad pias causas fauorabilius est testamento inter liberos: nam, si testator ceperit inter liberos testari, & facta institutione, & alijs legatis, priusquam faceret aliud legatum, quod adhuc erat faciendum, morte preuentus illud facere non potuit, tale testamentum non valet neq. substatetur etiam quoad iam perfecte disposita iuxta communem opinionem, *vt dicit Charus v. testamentum q. 9. in fin. & alij.**

56 Sequitur 2. quod licet vltima voluntas captatoria, scilicet, quæ pendet ex alieno arbitrio, seu quæ in alterius arbitrium confertur, regulariter non valeat, nihilominus in relictis ad pias causas valet *Bart. in repet. d. l. 1. n. 64. C. de sacros. eccles. & de communi testatur. Clar. in S. testamentum questione 6. vers. quarto infertur quæ conclusio procedit tam in legatis, quam in institutione heredis Bart. in l. captatorie ff. de leg. 1. l. 1. latè Gabr. commun. conclus. lib. 6. tit. de Pia causa concl. 3. n. 1. & 7. ubi dicit, hanc esse legis communem: quãuis hos terminos aliter explicet Marcellus Vulp. in Prax. Iudic. for. eccles. c. 10.*

n. 6. qui putat, captatoriã voluntatem proprie esse illam, per quam quis aliquem quærit inducere, vt sibi, vel alteri commodum in vltima voluntate relinquat, non autem quæ in alienum confertur arbitrium, & citat Cuman. in Leaptatorias ff. de hered. instit. Seraph. decis. 359. n. 11.

57 Immo etiam si non appareret expresse testatorẽ voluisse testari ad pias causas, sed simpliciter dixerit, committo dispositioni Titij omnia bona mea, valet huiusmodi dispositio, & intelligitur Titius grauatus, vt omnia bona distribuatur ad pias causas *secundum vniuersiorem intellectum tex. in cap. cum tibi de testam. in quo conueniant communiter legiste, & Canoniste, vt notat idem Clar. loco cit.*

58 Sequitur 3. quod valet testamẽtũ ad pias causas etiã sine institutione heredis, quia hæc necessaria est tantũ iure ciuili *Tiraq. de Priuileg. pie caus. priuileg. 15. Barbat. conf. 8. vers. venio ad alia dubitationem lib. 1. Paulus Castr. cõf. 97. lib. 1. & alij apud Dian. par. 7. tr. 6. ref. 22.*

59 Sequitur 4. quod liberis preteritis non solum legata ad pias causas substatentur, sicut & cetera, non pia *iuxta auth. ex causa C. de liber. preter. verum si instituta sit hæres pia causa substatentur etiam testamentum fauore pie causæ dummodò eis relinquatur, legitima titulo legati, aut alio quouis titulo, licet non titulo institutionis, prout requiritur; quia quod iure institutionis debeat filijs relinqui legitima, est quadam iuris ciuilis obseruatio, quæ non est necessaria*

ria



ria in relictis ad pias causas, ut dicunt communiter Doctores cū Bart. in repet. d. l. 1. n. 62. C. de sacros. eccles. & ideò testamentum etiā nūtu conditum favore piæ causæ nō irritatur secundum communem DD. sententiam Clar. in S. testamētum q. 6. vers. quinto infertur Barbof. in d. cap. cum tibi n. 4. de testam. & alij.

61 Sequitur 5. quod valet testamētū ad pias causas etiā si hæreditas adita non sit, puta si ante aditam hæreditatem hæres decesserit, vel hæreditatem repudiauerit Bart. communiter receptus in repet. d. l. 1. nu. 65. & 66. C. de Sacros. Eccles. quia in eo cessat omnis solemnitas iuris ciuilibis.

62 Sequitur 6. quod testamentum conditum cum solemnitatibus iuris etiā ad pias causas reuocatur per secundum minus solemne ad pias causas, hoc enim secundum testamentum est perfectum in sua specie, cum in eo non requirantur solemnitates iuris ciuilibis, ut supra diximus Bonacin. de contract. disp. 3. quest. 1. pun. 3. n. 16. ubi citat Bald. Iason. & alios Dian. par. 7. tr. 6. resolutione 26.

63 Sequitur 7. quod licet, vbi voluntas testatoris impleri non potest, legatum reddatur caducū vel habeat pro nō scripto, & ideò conuertendum sit in vtilitatem hæredis, vel grauati l. unica §. in primo C. de Caduc. tollen. hoc tamē non procedit in legaris pijs, quæ semper debentur, etiā si non possent adimpleri vel de facto, ut in d. cap. nos quidem de testam. vel de iure, ut in l. legatum 16. ff. de

usu, & vsufr. leg. res enim ad pias causas relictæ liberæ sunt à lucratiuorū inscriptionibus, ut d. gloss. in d. cap. nos quidem ver. in loco Sylu. ver. legatum 4. n. 12. & alij, quos refert, & sequitur Barbof. de off. & pot. Episc. par. 3. alleg. 83. n. 3.

## §. VII.

Virum de relictis ad pias causas detrahatur falcidia.

64 **F**alcidia regulariter cessat in ijs, quæ ad pias causas relictæ sunt auth. similiter C. ad l. Falcid. & tradunt cōmuniter Doctores. quod indubiè procedit, quando relinquitur legatū piæ causæ simpliciter, & in genere; si verò relinquitur ad certum, & determinatum vsum, puta ad constructionem alicuius capellæ, aliqui Doctores ita distinguunt: aut voluntas testatoris adimpleri potest cum detractione Falcidiæ, & tunc detrahitur: aut non potest adimpleri, & tunc non detrahitur, Tinaq. de Priuil. piæ caus. priuil. 26. vers. secundo est limitandum Gabr. commun. conclus. lib. 4. tit. ad Trebell. conclus. 11. num. 11. sed verius videtur, quod in omnibus legatis ad piam causam indistinctè Falcidia detrahi non possit, quia text. in d. Auth. similiter, generaliter loquitur, & generaliter, & absq; hac distinctione loquuntur alij DD. Roman. conf. 239. nu. 2. Franc. de Aretio conf. 67. nu. 10. vers. prima est Decius conf. 299. num. 4. vol. 1. Decian. conf. 42. num. 17. vol. 2. Capra conf. 78. num. 23. præsertim si

si facta fuerint ex causa onerosa, sepulture, celebrationis missarum, & anniuersariorum Seraphin. dec. 1202. num. 3. & multo magis si testator expresse legaret pro male ablatorum restitutione, quia tunc huiusmodi legatum nullam omnino patitur diminutionem; hoc enim non censetur donum, sed debitum ipsius testatoris, quod necessario debet solui ex bonis hereditatis Feder. de Sen. conf. 250 Surd. in tract. de Alim. tit. 8. priuileg. 30. num. 10. ratio predictorum est, quia Falcidia, vel trebellianica detrahitur ex dispositione iuris ciuilibus, quod potestatem non habet circa legata pia Bonacin. de Contract. disp. 3. q. 17. pun. 8. §. 2. n. 4. quare huiusmodi legata pia debent ante omnia detrahi, ut res alienum l. sed si non seruus, & l. res alieni ff. ad l. Falcid. & sic haeres habebit minorem quartam, & alij legatarij habebunt minus de legato Bart. in authen. similiter num. 2. C. eod. tit. ad l. Falcid.

66 Hinc fit, ut neque Trebellianica detrahatur ex fideicommissio vniuersali ad pias causas Roma. conf. 239. num. 2. Ricc. in Collect. dec. 329. par. 2. Franc. de Aretio conf. 67. num. 10. post med. ubi de communi Barthol. Socin. conf. 116. num. 27. vol. 1. Barbof. de off. & pot. Episc. par. 3. alleg. 75. nu. 52. Decius conf. 299. num. 4. vol. 1. ubi etiam de communi testatur, & hanc non solum communem, sed magis equam esse fauore anime dicit Guid. Pap. dec. 188. nu. 2. Vincent. de Franch. decis. 156. num. 7. Marefcot. var. lib. 2. cap. 72. num. 11. & 12. Tiraq.

de Priuilegio pia causa priuileg. 27. ubi dicit hanc esse magis communi & alij plurimi apud Gabriel. comm. concl. lib. 4. tit. ad Trebellian. conclus. 11. n. 2. ubi dicit, ita etiam in practica seruari, quicquid in contrarium dicat Oltiad. conf. 248. num. 6. & alij; ratio principalis est, quia Falcidia, & Trebellianica equiparantur, & vbiunque cessat Falcidia, cessat etiam trebellianica l. Marcellus vers. quod autem ff. ad Trebellian. glos. in auth. Vnde si parens C. de Inoff. testam. Marefcot. lib. 2. var. cap. 72. num. 11. & 12. Gacheranus dec. 147. num. 19. & quod dicitur de Trebellianica, procedit etiam in Falcidia Rot. dec. 71. num. 14. p. 6. Recent.

67 Et hoc procedit, etiam si restituenda sit hereditas immediate priuato, mediate autem pia causa: quia etiam in tali casu non detrahitur trebellianica, Bald. in l. Ania §. Titio ff. de Cond. & demon. Barthol. Socin. conf. 49. nu. 13. & conf. 115. nu. 6. vol. 4. Capra conf. 78. num. 24. Marefcot. loco cit. num. 13. & alij plures apud Tiraq. de Priuilegio pia causa priuileg. 26. in princ. & probatur ex l. cum dotem, ibi, ut omissa interpositi, capientis persona spectetur ff. ad l. Falcid. quod intellige, quando fideicommissum est incontinenti restituendum pia causa, quia tunc primus esset tamquam nudus minister; & ideo consideranda est persona, cui facienda est restitutio, & non persona prima, idem Socin. conf. 77. num. 9. vol. 1. & alij, quos refert, & sequitur Gabr. commun. conclus. lib. 4. tit. Ad Trebellian. concl.

concl. 11. num. 5. aut quando certum est, quod post mortem alicuius bona debent peruenire ad piam causam *Roman. cons. 206. numer. 7. Barthol. Socin. d. cons. 115. num. 6. Tiraq. d. priuil. 26. vers. sed hoc ultimum.* Secus esset, si hoc incertum sit, puta quia hæres est grauatus restituere piæ causæ sub cõditione, tunc enim detrahitur trebellianica *Roman. & Socin. loc. cit. & alij apud Gabr. d. conclus. 11. num. 5. & 6. & apud Tiraq. loco cit. d. priuil. 26. vers. sed hoc ultimum,* ubi etiam dicunt, quod grauatus cauere debet de restituendo quartam retentam piæ causæ in euentum, quod fideicommissio sit locus *iuxta l. in lege falcidia non habetur ff. ad l. Falcid. & l. 1. ff. ut legator seu fideicomm. nom. cau.*

68. Alij etiam casus sunt, in quibus Falcidia, & Trebellianica detrahitur de relictis pijs, videlicet quando ipse testator ita disposuit, ut ex legato, aut fideicommissio ad pias causas Falcidia, seu Trebellianica detrahatur auth. sed cum testator *C. ad l. Falcid.*

69. Secundo quando ecclesia, vel pia causa est hæres iustituta, & testator legauit alijs ecclesijs; hoc enim casu pia causa hæres instituta detrahet Falcidiam à legato facto alteri piæ causæ *secundum Abb. in cap. cum causam num. 2. de Præb. & dignit. Gabr. commun. conclus. lib. 4. tit. ad Trebell. concl. 11. n. 8. Tiraq. de Priuil. piæ caus. priuil. 26. vers. sed quod;* contrariam tamen sententiam verius tuentur alij Doctores asserentes, piam causam hæredem institutam non

posse detrahere Falcidiã contra ecclesiã, quia in hoc ecclesia, & pia loca reperiuntur privilegiata passim, nè patiantur detractationem, non autem actiue, ut detraherent aduersus quoscumq; & ideo in detractatione faciendã ecclesia instituta non vititur iure speciali, vel aliqua prerogatiua, sed vititur iure communi, quod exerceri nõ potest contra ecclesiã legatariã, quæ tali casu est specialiter privilegiata *Magonius de ris. floren. 130. num. 10. Riccius locis cit. & alij cõmuniter.*

70. Tertio quando testator plus legauit, quam habebat; quia tunc huiusmodi legata ad pias causas recipiunt diminutionem propter defectum patrimonij, sicut alia legata secundum *Bart. in Authent. similiter C. ad l. Falcidiã,* ubi etiam dicit, quod talia relictã ad pias causas minuantur propter debitum iure natura, ut notat etiam *Gabr. d. conclus. 11. in fin.*

71. Quarto licet ex legato alimentorum factõ pauperi, & egeno nõ detrahatur Falcidiã, tamen pecuniã relictã ad alimenta legi Falcidiæ subijcitur *l. Dini ff. ad l. Falcid. Gratian. decis. March. 48. nu. 3. in addit.*

72. Pia autem causa ad huiusmodi effectum censentur etiam Cõfraternitates, & Hospitalia sine auctoritate Episcopi fundata; quia non requiritur, quod locus sit pius, sed sufficit, quod opera pietatis exerceat; priuilegium enim non datur loco, sed causæ, cui relinquitur; & ideo relictã huiusmodi Cõfraternitates

fraternitatibus, & Hospitalibus  
Falcidix non subijciuntur. *Mare-*  
*scott. lib. 2. var. cap. 72. nu. 21. Gabr.*  
*commun. conclus. lib. 6. tit. de Pia*  
*causa concl. 1. num. 7. 9. & 10.*

## S. VII.

*Virum filiusfam. disponere, seu testa-*  
*ri possit ad pias causas.*

- 73 **T**Am de iure canonico, quam  
ciuili potest filiusfam. testari  
de peculio castrensi, vel quasi ca-  
strensi etiam sine consensu Patris  
*c. licet de sepult. in 6. l. fin. C. qui tes-*  
*tam fac. poss. l. filiusfam. in fin. ff. de*  
*Donat. & ideo filiusfam. poterit li-*  
berè sine consensu Patris de eius  
dote, & antefato tanquam de ca-  
strensi peculio disponere, quia dos,  
& antefatum pari passu ambulant,  
& per omnia assimilantur, *ut d.*  
*Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. resol.*  
74 580. secus dicendum est de pecu-  
lio profectio, vel aduentitio;  
de hoc enim testari non potest fi-  
liusfam. ad pias causas sine consen-  
su Patris, *ut in d. cap. licet;* quam-  
uis de iure ciuili nec Patre per-  
mittente filiusfam. testari possit *l.*  
*tam is §. 1. ff. de Donat. caus. mor.*  
Non tamè sufficeret, quod testa-  
mentum fiat in Patris presentia:  
75 quia quoties iura requirunt con-  
sensum, non sufficit sola presentia,  
aut consensus tacitus, sed requi-  
ritur expressus *glos. in c. Statutum*  
*§. in nullo de Rescript. in 6. latè Ric-*  
*cicus in Prax. for. eccles. p. 1. ref. 579.*  
quod probatur, quia etiam filius-  
76 fam. Patre permittente potest do-  
nare causa mortis *iuxta tex. in*

*l. tam is §. 1. ff. de Donat. caus. mor.*  
tamen iste consensus non sufficit  
tacitus, sed expressus requiritur  
*l. filiusfam. §. pars autem ratione*  
*vers. sed enim meminisse ff. de Do-*  
*nat. Bart. in d. l. tam is §. 1. nu. 6. &*  
*est communis Doctorum sententia.*

## S. IX.

*An legata pia relicta ad unum usum*  
*possint auctoritate Episcopi in*  
*alium usum conuerti.*

- 77 **A**Lij absolutè negant existimā-  
tes, hanc facultatem solum  
competere summo Pontifici *per*  
*tex. in Clem. quia contingit de Re-*  
*lig. dom. & ita tenuit glos. ibidem*  
*ver. sedis apostolicæ Card. Imol. Lap.*  
*& alij, quos refert, & sequitur. Ge-*  
*nuens. in Prax. Archiep. cap. 19. n. 1.*  
*Guid. Pap. dec. 556. Nauar. cons. 15.*  
*n. 6. de reb. eccles. non alien. & alij*  
*plures apud Barbos. de off. & pot.*  
*Episc. p. 3. alleg. 83. n. 1. & apud Dia-*  
*nā par. 2. tract. 17. & 3. miscell. resol.*  
*26. hanc etiam sententiā tenet Ricc.*  
*in collect. decis. 2417. par. 6. & in*  
*Prax. for. eccles. p. 4. ref. 276. & hanc*  
*esse communem dicit Vulp. in Prax.*  
*Indic. for. eccles. cap. 10. n. 13. vbi sub*  
dit, quod quando voluntas testa-  
toris non potest adimpleri, & res  
legata non potest deseruire ad vsū  
destinatum propter aliquod im-  
pedimentum iuris, vel facti, tunc  
potest commutari in alios pios v-  
sus auctoritate Episcopi, & hanc se-  
ntentia probatur etiam ex Conci-  
lio Tridentino *sess. 22. de ref. cap. 6.*  
*& sess. 25. de ref. c. 5. vbi prohibetur,*  
nè qualitatibus, seu conditioni-  
bus

- bus in erectione, seu fundatione iurispatronatus per testatorem ap-  
positis derogetur: quod ita pro-  
cedit, vt neque pro vna vice, ac  
de consensu hæredis, seu Patroni  
possit Episcopus alterare testato-  
ris voluntatem, etiamsi id tende-  
ret in vtilitatem Capellaniæ, quia  
per Concilium Tridentinum est  
sublata dicta potestas, & ante Cõ-  
cilium idẽ prohibebatur *in d. clẽ.  
Quia contingit. de Relig. dom. & ita  
declarasse Sac. Cong. testatur Ricc.  
in Prax. for. eccles. p. 4. ref. 463. Mar-  
cellus Vulp. in Prax. Iudic. for. ec-  
cles. cap. 49. n. 25. & refertur etiã in-  
ter decis. diuers. par. 4. dec. 171.*
- 78 Alij verò asserunt, posse Episco-  
pum concurrente iusta, & ratio-  
nabili causa legatum aliquod in-  
æquale, aut in melius commuta-  
re requisito prius consensu here-  
dis, & Ecclesiæ, cui legatur, etiamsi  
posset impleri de factõ, & de iu-  
re Sylu. *in ver. legatum 4. n. 12. idẽ  
Genuens. mutans opinionem in pra-  
xi cab. eccles. 9. 213. & alij, quos re-  
fert, & sequitur Bonacin. loco cit. n.  
4. Diana vbi supra Rota in vna To-  
letana Capellaniæ 14. Februarij  
1583. coram Robusterio, quam re-  
fert Ricc. par. 7. dec. 2796. Barbos. de  
offi. & pot. Episc. par. 3. alleg. 83. n. 5.  
vbi hanc facultatem extendit etiã  
ad Cardinales in eorũ titulis, vbi  
de iure habent iurisdictionem E-  
piscopalem.*
- 79 Addit tamen Bonacin. loco ci-  
tato, quod si hæres, vel ecclesiã  
irrationabiliter dissentiat, potest  
Episcopus solus id præstare: suffi-  
cit enim præsumpta rationabilis  
defuncti voluntas, qui si viueret,
- rationabiliter responderes, vt hoc  
ipsum fieret, vt notat etiam Ge-  
nuens. *d. cap. 19. n. 4. Barbos. d. alleg.  
83. n. 6. Rot. in d. Toletana coram  
Robusterio.*
- 80 Huiusmodi etiam potestatem,  
commutandi vltimas voluntates  
transire in capitulum sede vacan-  
te dicit Dian. *par. 8. tract. 4. ref. 34.*
- 81 nisi fortè testator prouiderit quid  
faciendum sit de legato vsu non,  
implete: hoc enim casu non potest  
fieri commutatio ab Episcopo, ne-  
que à Capitulo sede vacante l. li-  
berto S. huius, & ibi Bart. ff. de  
Ann. legat. Sylu. loco cit.
- 82 Quamuis autem Conc. Triden-  
tinum *d. sess. 22. c. 6.* præscribat, cõ-  
mutationes vltimarum voluntatũ  
non nisi ex iusta, & necessaria  
causa esse faciendas: tamen hæc  
verba Concilij non esse accipien-  
da coniunctiue, sed disiunctiue,  
& sic Episcopum posse commuta-  
re legata, vel ex iusta, vel ex ne-  
cessaria causa dicit Comitulus  
Resp. mor. lib. 7. q. 9. quem refert, &  
sequitur Dian. loco cit.

## SVM MARIVM.

1 An possit Rector ecclesiæ repudiare  
absque solemnitate hæreditatem,  
seu legatum eidem ecclesiæ relictũ,  
& num. 2.

3 Quando acquisitio sit in eodem actũ,  
in quo sit repudiatio, tunc ille  
actũ acquisitionis nõ habetur in  
consideratione, secus si fiant duo  
actũ separati, & n. 4.

5 Datur actio contra Prælatum, qui  
ecclesiæ vtilitati non prospexit.

6 Ecclesiã vti potest priuilegio restitu-

tionis in integrum, si ob renneciationem laesa fuit, nisi res illa acquisita fuerit alteri ecclesie.


7 Capitulum potest agere, ubi tractatur de praesudicio ecclesie, & Episcopatus.

8 Si ecclesia est collegiata, non potest solus Rector remittere caducitatem.

9 Post declaratam caducitatem non potest Beneficiarius illam remittere.

## CAP. XI.

An, & quando Rector ecclesie repudians legatum seu hereditatem ecclesie relictam, incurrat in censuras extrau. Ambitiose.

1  Offe Rectorem ecclesie repudiare legatum, siue hereditatem delatam nondum tamen ecclesie incorporatam absque assensu apostolico, tenent Doctores, quos refert, & sequitur Bonacin. in tract. de alien. Bonor. eccles. disp. 2. q. vn. pun. 2. n. 33. & ita decisum refert Ricc. in collect. decis. 1622. p. 5. quia repudiatio non est alienatio l. alienationis ff. de verb. sign. & ideo repudiantem non incidere in penas dictae extrau. dicunt DD. apud Quarant. in ver. alienat. rer. eccles. n. 43. & hanc esse communiorum sententiam testatur Piassec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 5. n. 33. quemadmodum potest solus Prælati,

seu Rector remittere caducitatem emphiteutz ecclesie, ut post Ias. in l. legatum num. 18. ff. de leg. 1. & alios dicit Quarant. loco cit. n. 44. & alij apud Bonacin. ubi supra n. 21.

2 Alij tamen putant, alienationem rerum ecclesiasticarum non solum acquiratarum, sed etiam acquirendarum prohiberi, & ideo non posse Prælatum absque solemnitate renuntiare legatum, siue hereditatem, tum quia huiusmodi res transeunt in ecclesiam ipso iure, & possessio absque traditione in eam transfertur l. ut inter diuinum ubi Bart. C. de sacros. eccles. tum etiam quia illis cedere non potest Prælatus, nisi prius saltem ordine intellectus intelligatur adijisse, & ita potius sumus in acquirito, quam in acquirendo, ita Quarant. ubi supra num. 23. & 43. vers. Prælatus in fin. Barbof. de offic. & pot. Episc. p. 3. all. 95. num. 54. ubi alios referunt.

3 Quare distinguendi sunt duo casus: primus est, quando acquisitio fit in eodem actu, in quo fit repudiatio, & tunc ille actus acquisitionis non habetur in consideratione, tum quia est momentaneus, tum quia non est ordinatus principaliter ad acquirendum, siue adeundum, sed potius ad repudiandum, & in tali casu nulla incurritur excommunicatio, neque alia pena d. extrau. Ambitiose Ricc. in Collect. decis. 3054. par. 7. ubi citat Peregrin. decis. 30. & 210. lib. 2. Vin. de Franch. dec. 14. n. 25. & seq. Put. dec. 519. lib. 2. & alias Rotae decisiones.

4 Secundus casus est, quando sunt duos

duo actus separati, licet in conti-  
nenti, vnus post aliam, puta si  
monasterium prius aduisset hære-  
ditatem, & deinde in eodem in-  
strumēto illi cedat, & renuntiet,  
& in hoc casu talis repudiatio est  
nulla, & repudiantes incurrunt  
pœnas *d. extrau.* quia non possunt  
sine debita solemnitate hæredita-  
tem iam aditam repudiare *Bar-  
bos. d. par. 3. ail. 116. nu. 35. Gratian.  
disc. 1. 132. n. 26. & disc. 568. in  
fin. Rot. decis. 30. lib. 2. par. 3. Diuers.  
Bonacin. loco cit. d. disp. 2. q. vnica  
pun. 2. num. 34.*

5 Obserua tamen 1. quod da-  
tur actio contra Prælatum, seu Re-  
ctorem, qui officio suę administra-  
tionis malè fūctus Ecclesiæ utili-  
ti non prospexit *c. 2. 12. q. 4. glos. in  
c. fin. 16. q. 6.* Prælati enim se ha-  
bet ad ecclesiam tamquam Tu-  
tor, & Curator, & ideo vtilia, non  
inutilia agere potest *glos. in c. au-  
ditis ver. iure minoris de in integ.  
restit.* Vnde potest ecclesia vti pri-  
uilegio restitutionis in integrum,

si ob dictam renunciationem læsa  
fuit *Quarant. loco cit. n. 43.* dummo-  
dò res illa acquisita non fuerit  
alteri ecclesiæ, quia tunc melior  
esset conditio possidentis *secundū  
Bonacin. in d. tract. de alien. bonor.  
eccles. disp. 2. q. vn. pun. 2. n. 33. vers.  
secundò verum est. vbi citat Molin.  
Vsq. Ricc. & alios.*

7 Adde, quod capitulum potest  
agere, vbi tractatur de præiudi-  
cio ecclesiæ & Episcopatus, quia  
illius defensio præsertim in arduis  
pertinet etiam ad Capitulum *Gre-  
gor. dec. 401. Roman. conf. 369. n. 21.  
Lap. all. 48. n. 8. vers. quaro quid in*

*arduis, & alij apud Barbos. de of-  
fir. & pot. Episc. p. 3. alleg. 114. n. 28.  
& all. 125. n. 8.*

8 Obserua 2. quod si ecclesia est  
collegiata, non potest solus Re-  
ctor sine capitulo illi præiudicare  
itã vt si absque consensu Capitali  
reciperet pensionem ab emphi-  
teuta, qui per triennium cessaue-  
rat à solutione, adhuc non cessa-  
tar remissa caducitas *Clar. in d.  
Emphiteusis q. 10. vers. sed nūquid  
& communem dicit mantio. de Ta-  
cit. & ambig. Cōuent. lib. 22. tit. 33.  
n. 13. quamuis contrarium sentiat  
Menoch. Mascard. & alij apud Bar-  
bos. d. p. 3. all. 95. n. 65.*

9 Obserua 3. quod post declaratã  
caducitatem non potest Benefi-  
ciarius illam remittere, quia cen-  
setur acquisitum ius ecclesiæ, cum  
emphiteuta incidat in caducitatẽ  
à die huiusmodi declarationis *Bon-  
acin. loco cit. d. q. vn. pun. 2. n. 21.*

#### SV M M A R I V M .

1 Quilibet sepeliendus est in sepul-  
chro maiorum suorum.

2 Quid si ecclesia sepulchri maiorum  
sit interdita.

3 Quid si Pater, & Auus in vna ec-  
clesia sepulturã elegerint, alij ve-  
rò maiores in alia, & n. 4.

5 Viuente Patre filius sepelitur in se-  
pulchro Aui.

6 An possint parentes relicta sepultu-  
ra maiorum filios sepelire in eccle-  
sia parochiali.

7 Ascendentes non sequuntur sepul-  
chra descendantium. An trasuen-  
sales sequantur sepulchra suorum  
transuesalium, ibidem.

- 8 Vbi sepeliri debent filij exheredati spurij, & adoptiui, & n. 9. & 10.
- 11 Vxor cum viro suo est tumulanda. Quid si plures habuit viros, ibidē.
- 12 Quid si adulterium commisit, & separatio thori facta fuit.
- 13 Maritus nō sepelitur in sepulchro uxoris.
- 14 Si non adsit sepultura maiorum, vel mariti, quilibet in ecclesia parochiali sepelitur.
- 15 Quid si defunctus erat Parochianus duarum ecclesiarum.
- 16 Si ecclesia parochialis est interdicta, defunctus sepelitur in Cathedrali.
- 17 Principes in Cathedrali sepeliuntur, si non habent sepulturam maiorum.
- 18 Confratres alicuius societatis vbi sepeliri debent.
- 19 Si confratres eligant sepulturam in oratorio societatis, à Parocho non autem à Capellano societatis, officium super cadanere fieri debet.
- 20 Religiosus etiam Nouitius in monasterio sui ordinis sepeliendus est.
- 21 Quid si à monasterio remotus ita sit, ut ad illud commodè deferri nequeat.
- 22 Vbi sepeliendi sunt qui hospitij causa recipiuntur in Conuentu Regularium, & ibi decedunt. An possint Regulares iisdem sacramenta ministrare, ibidem.
- 23 Quid dicendum sit de Regularium seruis, & familiaribus.
- 24 Vbi sepeliendi sunt Conuersi, & Tertiarij, seu Tertiariae, & numero 25. & 26.
- 27 Qui beneficium habet in aliqua ecclesia, in illa sepeliri debet.
- 28 Episcopi, Archiepiscopi, & Patriarcha vbi sepeliendi sunt.
- 29 Canonici, & Clerici ecclesie Cathedralis in eadem ecclesia sunt sepeliendi, etiam si domum habeant in diuersis Parochijs.
- 30 An in hoc casu ecclesie parochiali debeatur canonica portio.
- 31 In qua ecclesia sepeliri debet Rector ecclesie curatae.
- 32 Clerici, qui beneficia non habent, in proprijs Parochijs sunt sepeliendi. Qui dignitati, aut beneficio re nunciavit, in Parochiali sepeliri debet, ibidem.
- 33 Vbi sepeliendi sunt exteri, Viatores, & Peregrini.
- 34 Episcopus, qui extra propriam Diocesim decedit, vbi sepeliri debet.
- 35 Non potest Parochus plus recipere pro tumulandis cadaueribus exterorum, quam ciuium.
- 36 Vbi sepelitur qui habet domiciliū in vna parochia, & habitat in alia. Item vbi sepeliendi sunt officiales, scholares, famuli, nutrices, ac Conductores domorum, ibidem.
- 37 Quid si in aliquo loco quis moritur causa recreationis.
- 38 Et quid si habeat domum hiemale in Ciuitate, & estiuam in Rure.
- 39 Si quis habens duo Domicilia in loco tertio sepulturam sibi elegerit, canonica portio diuidenda est inter Parochos vtriusque domicilij. Idem dicendum, si quis in habitaret domum in confinio duarum Parochiarum.
- 40 Habens duo domicilia non electa sepultura sepelitur in ecclesia, à qua recepit sacramenta.
- 41 Cuius ecclesie Parochianus censetur.



- sendus est qui habitat in confinio  
duarum ecclesiarum.
- 42 Quomodo probetur electio sepul-  
tura.
- 43 Electio sepultura facta ad sugge-  
stionem non valet.
- 44 Si infirmus in infirmitate sibi eli-  
gat sepulturam, & postea conva-  
lescat, an censeatur reuocasse il-  
lius electionem.
- 45 An Episcopus possit sibi eligere se-  
pulturam extra Diocesim.
- 46 An Religiosus possit sibi eligere se-  
pulturam.
- 47 An filijfam. possint similiter sibi se-  
pulturam eligere.
- 48 Quantum distare debeant sepultu-  
ra ab Altaribus.
- 49 Non sunt consecranda altaria,  
sub quibus sepulta sunt defuncto-  
rum corpora, nisi illis remotis.
- 50 An possit aliquid accipi pro loco se-  
pulture, & num. 51.
- 52 Non requiritur aliqua solemnitas  
pro concedendo usu sepulture.
- 53 De iure nihil recipi potest pro se-  
pultura, aut Capella, secus si adse-  
set consuetudo aliquid recipiendi  
ratione situs, vel dignioris loci.
- 54 Eleemosina consuetæ debent dari  
perpetuo.
- 55 Si adsit consuetudo rationabilis,  
quod laici aliquid tribuant pro  
ministratione sacramentorum, an  
possint ad illud compelli.  
Et an illud licitè possit accipi, ante-  
quam præstentur actus spiritua-  
les, ibidem.
- 56 Non potest aliquid recipi pro se-  
pultura, ubi non cadit considera-  
tio maioris honoris ratione digno-  
ris loci.
- 57 Talis consuetudo in dubio inducta  
presumitur causa auaritia vel ero-  
piditatis, & quomodo in tali ca-  
su probetur huiusmodi consue-  
tudo.
- 58 Ecclesia, seu Capella, quæ constru-  
tur pro diuinis officijs, ac missis  
celebrandis, sine dote erigi non  
debet.  
In sepultura alteri concessa non po-  
test Episcopus eo inuito alienum  
mortuum inferre, ibidem.
- 59 Corpora excommunicatorum, si  
discerni possint ab alijs, debent ex-  
humari.
- 60 intelligitur de excommunicatis de-  
nunciatis, vel notorijs Clericorum  
percussoribus.
- 61 Requiritur in hoc licentia Episcopi.
- 62 Excommunicatorum cadauera ex-  
humanda non sunt, si in articulo  
mortis fuerunt absoluti.
- 63 Cadauer Parochiani alieni, vel il-  
lius, qui in alia ecclesia sibi elegit  
sepulturam, exhumari debet.  
Quid sit restituendum in tali casu  
ultra cadauer, ibidem.
- 64 Ecclesia agens pro cadauere violen-  
ter subtracto debet probare titu-  
lum.
- 65 Cadauer occisi potest exhumari de  
licentia Episcopi.  
An Episcopus concedens licentiam  
incurrat irregularitatem, ibidem.
- 66 An possit concedi Curie sacra-  
lari copia sententia depositionis, si-  
ue degradationis verbalis, & re-  
nunciationis habitus clericalis.
- 67 An Episcopus teneatur concedere  
licentiam exhumandi cadauer oc-  
cisi.
- 68 Recognitio in ecclesijs, & cæmeterijs  
non est facienda.  
An Episcopus possit laico Iudici li-  
cen-

centiam concedere, ut examinet reū  
vel testem in dictis locis.

69 Laicus exhibere presumens sine  
licentia Episcopi, est excommu-  
nicandus.

70 Ad quem spectet concedere licentiā  
transferendi cadavera de uno loco  
ad aliam, & n. 71.

72 An missus in exilium ab aliqua  
Ciuitate possit mortuus duci ad se-  
pulturam illius ciuitatis.

## CAP. XII.

## De sepulturis.

## S. I.

Vbi debeat sepeliri qui nulla electa  
sepultura decedit.

- I**co i. quod si adest se-  
pultura maiorum suorum,  
in illa est sepeliendus e.  
l. de sepult. is qui eod.  
tit. in 6. maiorum enim sepulchra  
parochiali ecclesie preponuntur  
glos. in c. licet pater. ver. vel in Pa-  
rochiali eod. tit. in 6. Lauor. var. Elu-  
cubr. tom. 1. tit. 2. cap. 11. nu. 118. dū  
modò ecclesia sepulchri maiorum  
non sit interdicta, quia tunc se-  
peliri debet in ecclesia Parochia-  
li Syllu. in ver. sepultura n. 8. Ricc. in 7  
Prax. for. eccles. par. 4. ref. 294.
- 3 Verum si Pater, & Auus in eccle-  
sia v. gr. Regularium sepulturam  
elegerint, alij verò maiores in ec-  
clesia Parochiali sepulti sint, tunc  
filij decedentes non electa sepul-  
tura sepeliendi sunt in illa eccle-  
sia, in qua sepulti sunt Pater, &

Auus, non autem in Parochiali; ve-  
riforme enim est, defunctum si te-  
stabilis, vel testatus fuisset, sibi ele-  
cturum fuisse proximiorum sepul-  
turam Oltvad. cōf. 2. §. per tot. Lauor.  
d. tit. 2. cap. 11. n. 114. quicquid in cō-  
trarium dicat glos. in c. is qui ver.  
ab antiquo de sepult. in 6. Abb. in c.  
1. n. 5. ex. eod. tit. quāuis enim maio-  
rum appellatio strictè, & proprie  
sumpta comprehendat superiores  
tantum ultra Tritauum secundum  
glos. in l. quique ver. Parentes ff. i  
de in ius voc. tamen etiam in Pa-  
tre, & Auo eius significatio veri-  
ficatur l. si cohortalis C. de cohort. &  
Princip. lib. 12. ibi, cui maiorū suo-  
rum. Vnde si proauus, Auus, &  
Pater in tribus diuersis locis fue-  
runt sepulti, & filius decedit non  
electa sepultura, communiter ser-  
uatur, quod sepelitur cum patre  
Io. Andr. in cap. is qui de sepult. in 6.  
Abb. in d. c. 1. n. 5. ex. de sepult. viuē-  
tē autem Patre filius sepelitur in  
sepulchro Aui d. cap. licet Pater de  
sepult. in 6. glos. in d. cap. 1. qui ver.  
ab antiquo eodem tit. in 6. possunt  
tamen parentes, vel amici filios,  
vel alios sepelire in ecclesia Paro-  
chiali, vel in sepulchro maiorum,  
prout ipsi volunt glos. in d. cap. licet  
Pater ver. vel in Parochiali, & ita  
de consuetudine seruatur.

Quamuis autem descendentes  
sequantur sepulchrum ascenden-  
tium, non tamen ascendentes se-  
pulchra descendantium sequuntur:  
sicut nec transversales sepulchra  
suorum transversalium, nisi sint  
hæredes, & sepulchrum heredita-  
rium sit Lauor. d. tit. 2. capit. 11. nu-  
mero 121.

- 7 Sed hic quæri potest, vbi sepeliri debent filij exhæredati, spurij, siue naturales, & adoptiui, siue arrogati?
- Resp. 1. quod filius exhæredatus sepelitur in sepulchro Patris *l. si quis fuerit ff. de Relig. & sūpt. fun.*
- 9 Resp. 2. quod filius naturalis, siue spurius, qui viuente Patre ad eius contemplationem per Principem fuit legitimatus, sepelitur in sepulchro patris, secus si legitimetur post mortem patris, & pater in vita non petijt legitimari, tunc enim sepelitur in sepulchro matris *Lauor. d. d. elucebr. tom. 1. tit. 2. cap. 11. numero 112.*
- 10 Resp. 3. quod filius adoptiui, seu arrogatus si decedit viuente Patre, tunc nō sepelitur in sepulchro patris adoptantis, sed in sepulchro maiorum ipsius adoptantis, vt in cap. licet Pater & glos. in d. c. is qui ver. ab antiquo de sepult. in 6. secus si decedat post mortem adoptantis, tunc enim cum finita sit adoptio, sepelietur vel in sepulchro patris naturalis, vel in Parochiali iuxta formam d. cap. licet pater de sepult. in 6. *Lauor. d. tit. 2. cap. 11. n. 124.* finita enim adoptione finiuntur omnia iura ex ea prouenientia *l. in omni ff. de adopt.*
- 11 Dico 2. quod vxor, quæ sepulturam sibi non elegit, cum viro suo est tumulanda *c. Ebron. 13. q. 2. cap. de vxore de sepult. etiam si esset vidua, & reuersa ad domum patris nam, quia adhuc retinet priuilegia mariti Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 294. & si plures viros habuit, cum vltimo sepelitur c. is qui & mulier de sepult. in 6. etiam si ite-*
- rum remanserit vidua *Ricc. vbi supra.*
- 12 Si verò vxor adulterium commisit, & separatio thori facta fuit, tunc priuabitur sepultura mariti *Ricc. in Prax. for. eccles. p. 4. ref. 194.* nisi maritus sibi eam reconciliauerit *Lauor. d. cap. 11. n. 135.*
- 13 E conuerso maritus non habet propriam sepulturam non sepelietur in sepulchro vxoris, quia non sequitur vxoris domicilium, & dignitatem *Ricc. loco cit. Lauor. d. tit. 2. cap. 11. num. 140.*
- 14 Dico 3. quod si non adfit sepultura maiorum, seu mariti, defunctus, qui sibi non elegit sepulturam, in ecclesia parochiali regulariter sepelitur *cap. in nostra de sepult. capit. licet pater eod. tit. in 6.* si verò est Parochianus diuini ecclesiarum, & vtraque ecclesia habet ius funerandi, locus est prouentioni *c. duobus de Rescript. in 6.* sed obuentiones quartæ diuidentur *cap. cum quis de sepult. in 6.* sed si ecclesia parochialis sit interdicta, sepelietur in Cathedrali *Sylu. in ver. sepultura nu. 8. Ricc. d. par. 4. resolutione 294.*
- 17 Ab hac tamen regula excipiuntur Principes, qui si nō habeant sepulchrum maiorum suorum, sepeliendi sunt in Cathedrali, Episcopus enim est eorum Parochus, vt dicit idem Ricc. loco supra cit.
- 18 Ex his infertur 1. quod Confratres alicuius societatis, seu Congregationis in Parochiali sepeliri debent, etiam si in eorum oratorijs adfit peculiaris sepultura pro Confratribus, dummodò ibi non elegerint expressè sepulturā *Genuens.*

- uenf. in Prax. Archiep. cap. 61. n. 8.*  
 quia priuilegia Confratribus concessa, vt in eorum oratorijs possint sepeliri, non sunt intelligenda in praiudicium Parochi *l. 2. §. si quis à Principe ff. Ne quid in loco publ. huiusmodi enim priuilegia satis operantur, vt ibi sepeliantur, vbi alias minimè possent Lauor. van. elu. n. br. 10. 1. tit. 2. c. 11. nu. 106.*
- 19 quod si Confratres eligant sepulturam in oratorijs Confraternitatis, tunc officium super cadauere faciendum est à Parocho, intra cuius fines oratorium est situm, nõ autem à Capellano Confraternitatis, vt declarauit Sac. Cong. teste Lauor. loco cit. d. cap. 11. n. 107.
- 20 Infertur 2. quod licet Religiosus in monasterio sui ordinis sepeliri debeat siue sit professus, siue nouitius *c. 1. 16. q. 1. c. fin. de sepult. in 6. Sylu. in ver. sepultura nu. 8. tamē si à monasterio suæ Religionis adeò remotus esset, vt ad illud commodè deferri nequeat, in ecclesia parochiali tumulandus est, intra cuius fines moritur Ant. de Butr. in cap. 1. n. 7. de sepult. Anchar. in d. cap. fin. ver. fin. eod. tit. in 6. & alij communiter.*
- 21 Infertur 3. eos etiam, qui hospitij causa recipiuntur in Conuētu Regularium, ibique infirmantur, & moriuntur, in Parochiali ecclesia sepeliendos esse, & tunc eisdem sacramenta à Parocho sūt administranda, vt pluries resoluit Sac. Cong. teste Lauor. d. tit. 2. c. 11. n. 145. secus dicendum est de Regularium seruis, & familiaribus, quibus ijdem Regulares possunt ex priuilegijs sibi concessis uia-
- ticum, & extremam vnctionem durante eorum seruitio, & famulatu ministrare, dummodò actu seruiant, & degant intra septa monasterij iuxta Conc. Trid. sess. 24. de ref. cap. 11. eisque etiam sepulturam in eorum ecclesijs dare possunt, latè Mancin. in Pract. v. sit. infirm. pract. 8. dub. 12. 13. & 16. confessiones verò distorū seruorum, & familiarium audire nõ possunt regulares, nisi fuerint ab Episcopo loci approbati Conc. Trid. sess. 23. de ref. cap. 15. Mancin. loco citat. dub. 14. & alij communiter.
- 24 Infertur 4. quod conuersi, qui nõ sunt plenè translati, quia videlicet se, & bona sua non obtulerunt monasterio, nec mutauerunt habitum, in Parochia sepeliuntur Lauor. d. tit. 2. cap. 11. n. 104. & 105. secus esset, si se, & bona sua obtulerint monasterio, & habitum mutauerint, quia tunc in monasterio sepeliri debēt d. cap. fin. de sepult. in 6. cap. de his ex. eod. tit.
- 25 Item Tertiarij, si collegialiter viuant, aut cum claustralibus habitent, in ecclesijs fratrum, seu suæ religionis sepeliēdi sūt etiam innito, ac minimè requisito Parocho: mulieres etiam, quæ de pœnitentia, seu Bizzocæ vocantur, si alibi sepulturam sibi non elegerint, in ecclesijs ordinis sepeliuntur, modò virginalem, vel celi bē, aut castam vidualem sub expresso voto, & tertiariorum habitu vitam ducant, & ultra in ipsis ecclesijs earum communis sepultura reperiatur, alias in ecclesijs parochialibus sepeliendæ sūt ex decreto Sac. Cong. Episcop. & regular.

- quod refert *Lauor. d. tit. 2. cap. 11. nu. 102. & seq.*
26. Verum etiam si Tertiarij, vel tertiarie supradictis qualitatibus careant, si tamen dum vixerint, in ecclesia Regularium sepulturam elegerint, in ea sepeliri debent, sed hoc casu Parochus est etiam adhibendus *Lezan. in sum qq. reg. 10. 2. cap. 14. nu. 33. & to. 4. ver. Tertiarij n. 3. ubi refert decretum Sac. Congreg.*
27. Dico, quod eos, qui dignitatem, aut ecclesiasticum beneficium habent in aliqua ecclesia, in illa regulariter sepeliendos esse, si absque sepulturæ electione decedant *Vgolin. de offi. & pot. Episc. p. p. cap. 17. n. 8. fusc. de visit. lib. 1. cap. 25. n. 12. Innoc. in cap. 1. de sepult.*
28. Vnde Episcopi, Archiepiscopi, & Patriarchæ in eorum ecclesijs Cathedralibus sepeliuntur, etiam si extra Ciuitatem, vbi habent sedem episcopalem, moriantur *arg. c. is qui de sepult. in 6. Lauor. var. elucubr. to. 1. tit. 2. p. 1. n. 51. & seq. & si fortè duos Episcopatus habuisset, quorum vnus alteri vnitus est, sepelientur in ecclesia Cathedrali, cui vnita est altera Cathedralis: nã illa vt principalis habetur; si verò duos Episcopatus dispensatiuè habuissent, sepeliuntur in ecclesia Cathedrali, vbi ferè continuò residebant *Barbos. de offi. & pot. Episc. par. 3. al. 114. n. 40. vbi etiam dicit, quod Episcopi coadiutores in eadem Cathedrali sepeliuntur.**
29. Item Dignitates, & Canonici, Capellani, seu beneficiati, & Clerici ecclesie Cathedralis debent in eadem ecclesia sepeliri, etiam si domum habeant in diuersis Parochijs *Fusc. de visit. lib. 1. cap. 25. nu. 12. Vgolin. d. cap. 17. nu. 8. Lauor. d. tit. 2. cap. 11. n. 62. & seq. Cathedralis enim non solum est generalis, sed etiam immediata parochialis ecclesia totius Ciuitatis, & diæcesis. Si verò Canonici, & alij Clerici in diuersis Parochijs habitantes ab ecclesia parochiali ecclesiastica sacramenta in infirmitate recipiant, tunc eidem parochiali canonica portio debetur, quamuis in Cathedrali debeant sepeliri *cum super de sepult. Lap. all. 62.**
31. Ita etiam Rector ecclesie curatæ in eadem sepeliri debet *Innoc. in d. cap. 1. de sepult. Fusc. de visit. lib. 1. d. cap. 25. n. 12. & si dispensatus esset ad plures parochiales, sepelitur in ea ecclesia, vbi residebat *Lauor. d. tit. 2. cap. 11. nu. 88.**
32. Ceteri Capellani, seu Beneficiati in ecclesijs, in quibus habent Capellanas, seu beneficia, tumulandi sunt: secus si beneficia non habeant, aut sint Capellani tantum amouibiles, quia tunc in proprijs parochijs sepeliri debent *cap. cum quis de sepult. in 6. idemq. dicendum est, si quis dignitati, aut beneficio renúciauerit, hoc enim casu non sepelitur in ecclesia, in qua dignitatem, aut beneficium habebat, sed in Parochiali, in qua degit *Lauor. d. tit. 2. cap. 11. nu. 61. 86. & seq.**

## S. II.

Vbi sepeliendi sint exteri, viatores,  
& Peregrini.

33 **R**espondent nonnulli Doctores apud Sylu. in ver. Sepultura num. 8. tales esse sepeliendos in Ecclesia maiori, seu Cathedrali, in qua de iure antiquo erat communis sepultura cap. vbiicumq. 13. q. 2.

Alij verò afferunt, quod sepeliri debent in Ecclesia parochiali, in qua decedunt, si nulla adsit consuetudo in contrarium Seraphin. dec. 1135. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 293. & hanc veriore dicit Gratian. discept. 94. num. 73. & communem dicit Sperell. decis. 87. num. 12. & seq. præsertim si in Parochia moram traxerunt, vel veniant animo trahendi, vt scholares, vel sacramenta receperint à Sacerdote parochiali, vt d. Sylu. loco cit. Ant. de Butr. in cap. 1. nu. 9. de Sepult.

34 Limita si Episcopus decederet extra propriam Diocesim, & in Ciuitate alterius Episcopi, quia tunc non in Parochiali, sed in Cathedrali illius Ciuitatis sepeliri debet, vt dicunt DD. quos refert, & sequitur Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 114. num. 40.

35 Notandum est etiam quod non possunt Parochi plus recipere pro tumulandis cadaveribus exterorum, quam ciuium: pauperum verò cadavera gratis sepelire debent iuxta decreta Sac. Congregat. apud

Lanor. var. elucubr. tom. 1. tit. 2. c.

10. num. 7. Barbof. de offic. & pot. Paroch. cap. 26. num. 83. & 84.

## S. III.

Vbi sepeliendus sit qui habet domicilium in vna Parochia, & habitat in alia.

36 **R**esp. quod sepeliendus est in ea Parochia, in qua decedit: vbi enim quis ad præsens habitat, & animum habet per aliquod notabile tempus permanendi, licet non constituendi domicilium, ibi dicitur habere parochiam, vt cõtingit in officialibus, scholaribus, famulis, nutricibus, conductoribus domorum, & similibus Cenall. pract. quæst. comm. cont. commun. q. 458. num. 36. Gratian. to. 1. discept. 75. num. 18. & seq. Sylu. ver. Sepultura nu. 8. Menoch. conf. 398. nu. 25. & 26. lib. 4. Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 23. sub nu. 12. ver. & confirmatur Gutier. de Matrim. cap. 63. num. 19. vbi hanc opinionem dicit esse benigniorem, & veriore. & videtur probari ex cap. fin. de Paroch. & cap. in nostra de Sepult. ibi, soluta quarta Parochiali Ecclesia, de cuius Parochia mortuorum corpora assumuntur, vbi habitatio consideratur, non domicilium; eo enim ipso, quod aliquis percipit sacramenta in aliqua parochia, in dubio videtur ibi elegisse sepulturam Sylu. in ver. Sepultura nu. 8. Seraphin. dec. 1135. num. 3. Gratian. to. 1. discept. 94. num. 74. Sperell. decis. 87. num. 6.

37 Hoc tamen intellige, dummodo non sit causa recreationis, vel alia

alia statim rediturus ad propriam Parochiam, *vt d. Sanch. loco cit. tunc enim esset sepeliendus in Parochia sui domiciliij cap. is qui de Sepult. in 6. Menoch. de Præsumpt. lib. 6. præsumpt. 88. num. 3. Rot. dec. 643. num. 2. par. 1. diuers.*

38 Verum si quis ruri permaneret animo habitandi pro maiore anni parte, vel haberet domum hinc in Ciuitate, & æstiuam in Rure, & æquali tempore modò in vna, modò in altera moretur, tunc efficitur vtriusque Parochiæ parochianus, vt qui in duobus locis quæ principale habet domiciliũ. & ideò in ea sepeliendus est, in qua decessit *Sylu. ver. confessor nu. 10. Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 23. sub num. 12. vers. & confirmatur. Sperell. decif. 87. n. 10. Rot. decif. 656 par. 1. Diuers.*

39 Si quis autem haberet duo domicilia se collocans æqualiter in vtroque, & in loco tertio eligeret sepulturam, ecclesiæ, in quibus habebat domicilia, inter se diuidere debent canonicam portionem *cap. cum quis de Sepult. in 6. idemq. dicendum, si quis inhabitaret domum in confinio duarũ Parochiarum, vel duas domos coniunctas, quæ sint in duabus Parochijs; eadem enim ratione illæ duæ diuident quartam glos. in d. cap. cum quis ver. domicilia. si*

40 verò non eligeret Sepulturam, in tali casu defunctus sepeliri debet in ecclesia, à qua recepit sacramenta *d. cap. cum quis de Sepult. in 6.*

41 Sed quæres, cuius Ecclesiæ Parochianus sit censendus is, qui ha-

bitat in confinio duarum ecclesiarum, seu qui habet domum, quæ ex vna parte sit de Parochia vnius ecclesiæ, & ex alia, alterius ecclesiæ? Respond. quod talis dicitur Parochianus illius, ex qua domus aditum habet, quia ex aditu iudicatur de domo, cui cedat *l. si in ades ff. de leg. 3. Bart. in l. quod conclave num. 6. ff. de damn. inf. si verò domus habeat duas portas in diuersis parochijs, iudicatur de ea parochia, in qua residet porta principalis, & aditus magis frequentatus, vt post Bart. d. Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 32. num. 71. quibus adde Felin. in cap. omnes de maior. & obed. quem refert, & sequitur Riccius in Prax. for. eccles. p. 1. ref. 520. vbi etiam subdit, quod si aditus est à parte anteriori domus, & à parte posteriori, & vterque vicissim frequentetur, nihilominus censetur esse Parochianus ecclesiæ à parte anteriori ex eo, quod illa pars censetur principalior, & nobilior *Bart. in l. cum in diuersis ff. de relig. & sumpt. funer.**

#### S. IV.

##### Quomodò probetur electio Sepulturae

AD electionem Sepulturae nõ requiritur scriptura, sed sufficit, si quis coram testibus in Ecclesijs, vel Regularium, vel alijs sibi sepulturam elegerit, vt *resoluit Sac. Congreg. Episc. & Regul. teste Lauor. var. elucubr. to. 1. tit. 2. cap. 11. nu. 121. probatur autem huius-*

huiusmodi electio, etiam per testamentum, & Codicillum inualidum, ac per scripturam propria manu subscriptam *Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 294. num. 34.* & quamuis alias probanda esset per duos testes, sufficeret tamen, si testes huiusmodi essent singulares, videlicet si vnus audiuit in tali loco, & alius in alio *Genuens. in Prax. Archiep. cap. 61. numer. 8.* & hanc esse communem dicit *Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 575.* & d. par. 4. ref. 294. nu. 32. subdit etiam Genuens. vbi supra, quod Neapoli in hoc statuit dicto Confessarij, & ideo, vbi esset particularis consuetudo, esset seruanda.

43 Notandum tamen est, quod non valeret electio Sepulturæ facta ad suggestionem, videlicet, si Parochus dicat infirmo, vis sepeliri in Parochia, vel in alia Ecclesia, ipsam specialiter nominando, sed debet in genere interrogari, in qua Ecclesia velit sepeliri *Gravetti. conf. 7. vol. 2. Bursat. conf. 226. num. 18. vol. 3. quos refert, & sequitur Ricc. d. par. 4. ref. 294. num. 30.* vnde si quis potest eligeret Sepulturam, deinde inductus fuisset per suggestionem ad aliam eligendam, sepeliendus est in prima electa, secunda enim fuit inualida ratione suggestionis *idem Ricc. d. ref. 294. num. 39.*

Notan. secundò, quod si infirmus tempore infirmitatis sibi elegerit sepulturam, & postea conualescat, censetur reuocasse illius electionem: nisi ex coniecturis appareat de eius contraria voluntate, puta si huiusmodi electio

fiat in testamento, vel alio instrumento publico, hoc enim casu non censetur reuocata electio sepulturæ per conualescentiam. *Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 2. ref. 312.*

45 Quæres primò, an Episcopus possit sibi eligere Sepulturam extra Diocesim, vel extra Prouinciam. Resp. affirmatiuè, & tunc debent fieri expensæ ex bonis ipsius defuncti licet acquisitis intuitu Ecclesiæ *Gemin. conf. 1. num. 5. Hyer. Vener. de exam. Episc. lib. 4. cap. 17. num. 7. Alzed. par. 1. cap. 12. num. 46. quos refert Barbos. de off. & pot. Episc. par. 3. all. 114. n. 40.*

46 Quæres secundò, vtrum Religiosi eligere possint sepulturam? Resp. negatiuè, nisi à Monasterio adeò remoti essent, vt ad illud commodè deferri nequeant *cap. fin. de Sepultur. in sexto.* Tertiarij verò siue viri, siue feminae in proprijs domibus habitantes, sepulturam vbi voluerint eligere possunt ex cõstitutione Leonis X. quã refert *Lezan. in Summa qq. reg. to. 2. cap. 14. nu. 27. & 33.*

47 Quæres tertio vtrum filijfam. possint sibi eligere Sepulturam? Resp. quod filij puberes siue masculi, siue feminae possunt sibi eligere sepulturam, etiam sine consensu Patris *cap. licet Pater, & ibi glos. de sepult. in 6. impuberes verò non possunt, vt in dicto capitulo licet Pater.* etiam si id facerent cū auctoritate Tutoris: quia Tutor non potest ea perficere, quæ porriguntur post mortem pupilli, quo tempore tutela expirauit *Ricc. in Prax. for. eccles. p. 4. ref. 294. n. 36*  
hoc



hoc tamen limitatur, quando ma-  
litia suppleret etate, quia tunc etiā  
impuberes sepulturam sibi elige-  
re possunt *Bart. in l. qui in potesta-*  
*te n. 3. vers. in vno tamen c. usu, &*  
*in l. si filiusfam. post n. 2. ff. de testā.*  
*Lauor. d. cap. 21. n. 109.*

## S. V.

Quantum distare debeant sepultura  
ab Altaribus.

48 **I**ta sepulturae debent esse remo-  
tae ab Altaribus, vt Sacerdos,  
qui Missam celebrat, supra defun-  
ctorum cadauera pedibus non co-  
gatur insistere *capit. praeipiendum*  
*13. q. 2. cap. non oportet de consecrat.*  
*dist. 1. Ricc. in collect. decis. 3838. p. 8.*  
*Lauor. var. elucubr. to. 1. tit. 2. cap.*  
*8. n. 14. vbi refert, quod in actis*  
*ecclesiae mediolanensis decretum*  
*fuit, vt sepulchrorum ostium lon-*  
*gè absit ab Altaris scabellis ligneis,*  
*vel bradella cubitis ad minus tri-*  
*buis, sepulchra verò ipsa ad sca-*  
*bellum ligneum non pertingant.*

Quare nemo sepeliendus est pro-  
pe altare, seu sub bradellis: & si re-  
periantur sepulturae iam constru-  
ctae, nō debet super illo Altare ce-  
lebrari, sed debet interdici, donec  
49 corpora aliò transferantur, vt re-  
soluit *Sac. Cong. testibus Lauor. &*  
*Ricc. locis cit. vbi etiam dicunt, quod*  
*non sunt consecranda altaria, sub*  
*quibus sepulta sunt corpora mor-*  
*tuorum, nisi illis remotis.*

S. VI.  
Vtrum possit aliquid accipi pro loco  
sepulturae.

50 **A**lij negant, ita *S. Tho. 2. 2. q.*  
*100. ar. 4. ad 3. Sylu. in ver. se-*  
*pultura n. 2. fuso. de v. sit. lib. 1. c. 25.*  
*n. 10. & alij, quos refert & sequitur*  
*Genuens. in Prax. Archiep. capit. 33.*  
*n. 20. quia quando locus est pro se-*  
*pelendis fidelium corporibus de-*  
*putatus auctoritate Episcopi, tunc*  
*dicitur esse quid spirituale, vel spi-*  
*ritualitati annexum cap. ad hanc de*  
*Relig. dom. glos. comm. recepta in c.*  
*in ecclesiastico 13. q. 2. Lauor. var.*  
*elucubr. tom. 1. tit. 2. cap. 10. num. 27.*  
*quamuis in eo loco nullus sepul-*  
*tus sit glos. in cap. abolenda de se-*  
*pult. & ideo vendi non potest, nec*  
*aliquid recipi absque Simonia d.*  
*cap. in ecclesiastico. non obstante*  
*qualibet consuetudine c. abolenda*  
*de sepult. cap. non satis & cap. cum*  
*in ecclesia de Simon. nisi spontè de-*  
*tar cap. praeipiendum 13. q. 2. c. di-*  
*lectus 2. de Simon. Quare si sepul-*  
*tura destinata sit pro cōfratribus,*  
*aut alijs personis, & fieret pactum,*  
*vel taxa, vti extraneus velit tibi se-*  
*peliri, certum quid soluat, com-*  
*mitteretur Simonia cap. audiui-*  
*mus eod. tit. de Simon. Sylu. in ver.*  
*sepultura n. 2.*

Ex quo infert *Abb. in cap. abolē-*  
*da n. 5. de sepult.* quod non potest  
licite vendi vas lapideum, seu li-  
gneū aptum ad capiendum cor-  
pus defuncti, si est deputatum  
ad hunc vsum auctoritate Episco-  
pi, quia tunc est religiosum.

51 Alij tamen Doctores putant, posse aliquid recipi pro sepultura ratione situs, vel melioris, aut dignioris loci; & idem dicunt de Capella, tunc enim non venditur sepultura, seu Capella, sed dignior locus in ecclesia; locus autem ratione materiae videtur pretio aestimabilis *Gratian. discept. 2 10. n. 11. Lauer. d. tit. 2. c. 10. nu. 15. & seq. vbi alios referunt, quibus adde Layman. in Theol. mor. lib. 4. tract. 10. c. vlt. S. 4. n. 37. in fin. vbi dicit, quod si quis certum locum ecclesiae, vel cæmeterij sibi, suæq. familiae tamquam proprium vendicare velit, non videtur esse prohibitum pro tali iure aliquid exigere, quia talis obligatio incumbens Clericis, quod alium in eo loco sepelire non possint, videtur esse pretio aestimabilis.*

Ex quo infert Riccius in *Prax. for. eccles. p. 1. resol. 572.* quod potest etiam aliquid exigi ab hæredibus defuncti, qui ad aliam ecclesiam cadauer cupiunt transportare, quia cum id ab hæredibus petatur ad finem consequendi honorabiliorem locum in alia ecclesia, potest ille honor pretio aestimari.

Quod præsertim haberet locum in ijs locis, vbi adest talis consuetudo, vt aliquid pro sepultura, seu Capella recipiatur *Lauer. & Layman. locis cit. Bonac. de Simon. disp. 1. q. 6. §. 6. nu. 2. idē in hoc casu dicit Sylu. in ver. sepultura d. n. 2. glos. in d. cap. abolēda ver. exigere de sepult. quam esse commun. receptam d. Gabr. conf. 190. in princ. vol. 2. vbi etiā dicit, quod Romæ viget consuetudo, vt sine pacto aliquid detur pro loco.*

52 Neq. requiritur aliqua solemnitas in concedendo vsu sepulturae, seu capellæ, quia hæc non dicitur alienatio, sed concessio ad vsum, ad quem res fuit fabricata *Quærant. in ver. alienatio rer. eccl. n. 29.*

53 Quare licet de iure nihil recipi possit pro sepultura, aut Capella, vt expressè cauetur in *d. c. non satis, & cap. cum in ecclesie de Simon.* in quibus terminis loquuntur omnes Doctores primæ sententiæ, vt obseruat *Gratian. d. discept. 2 10. n. 28.* vbi tamen adest huiusmodi consuetudo aliquid recipiendi ratione situs, vel dignioris loci, tuta conscientia seruari potest *per tex. in cap. ad apostolicam de Simon. per quem tex. derogatur d. cap. non satis, & cap. cum in ecclesie:* ea enim quæ ab antiquo ecclesiae, & ministris, quamuis eleemosinæ titulo,

54 tribui consueuerunt, omninò debentur, etiam de iure civili, nec debent vllò modo impediri. *l. priuilegia C. de sacros. eccles.* Vnde si ciuitas dare consueuit ecclesiae aliquam eleemosinam, non possit hoc per statutum immutari: eleemosinæ enim debita, seu consuetæ debent dari perpetuò *Bart. in d. l. priuilegia n. 3. quem sequuntur moderni communiter.* & idē licet Clerici non possint aliquid petere pro ministrandis Sacramentis, tamen si laici aliquid ex consuetudine laudabili soluere soliti sint, possunt compelli ad illius obseruantiam ministratis prius sacramentis, vt in *d. c. ad Apostolicam Abb. in cap. abolēda n. 7. de sepult.* immò hæc, & alia consuetæ dari pro actibus spiritualibus iam præstitis, li-

Q. citè

eite possunt accipi, antequam pre-  
 stentur, & etiam interdum peti ad  
 impediendas contentiones, & mo-  
 lestias, quæ alioqui probabiliter  
 putantur futuræ *Nau. in Manual.*  
*cap. 23. n. 106. Vulp. in Prax. Iudic.*  
*for. eccles. cap. 14. n. 6. vbi dicit, quod*  
*peti potest pignus, vel fideiussor,*  
 quando experientia visum esset,  
 quod ex post facto talis merces nõ  
 possit exigi, vel cum difficultate.  
 56 Vbi verò non cadit considera-  
 tio maioris honoris ratione di-  
 gnioris loci, vt pro sepultura in  
 Cemeterio, & loco communi, ni-  
 hil profus recipere licet, vt *deci-*  
*sum refert Lanor. d. tit. 2. capit. 10.*  
*numero 16.*  
 57 In dubio autem præsumitur, ta-  
 lem consuetudinem inductã cau-  
 sa auaritiæ, vel cupiditatis, quan-  
 do enim agitur de solutione tem-  
 porali faciendâ Clericis, in dubio  
 contra eos est indicandum, nõ no-  
 tentur auaritia *Abb. in cap. 1. nu. 6.*  
*de Decim. & alij apud Ricc. in Prax.*  
*for. eccles. par. 1. ref. 376. & ideò quã-*  
 do dubitaretur de huiusmodi cõ-  
 suetudine, quatuor conditiones  
 probari debent: prima quod gra-  
 tis, & sponte Parochiani soluerint  
 nulla cogente necessitate, & nulla  
 præcedente passione, alias initium  
 fuisse Simoniacam: secunda quod  
 prius administrata fuerint spiritua-  
 lia, quam datum aliquid tempo-  
 rale, quia alias censeret facta.  
 solutio pro redimenda vexatione:  
 tertia quod id, quod soluitur, fue-  
 rit taxatum arbitrio Parochiano-  
 rum, nõ clericorum, vt exclu-  
 datur õnis suspicio cupiditatis, &  
 Simoniacæ: quarta quod totus popu-

lus vel maior pars perseuerauerit  
 inseruãda huiusmodi consuetudi-  
 ne, ita *Ricc. in Prax. for. eccles. p. 1.*  
*ref. 376. Vulp. vbi supra n. 2. & seq.*  
*Gratian. d. discept. 210. num. 29. vbi*  
*alios refert, & censuit Sac. Congreg.*  
*apud finnar. decis. 145. p. 4. Diuers.*  
 Addit *Vulp. loco cit. n. 5.* quod cum  
 cõsuetudo sit quid facti, debet pro-  
 bari, quod sit legitime præscripta  
 spatio videlicet 10. annorum. Qua-  
 re non sufficit probare, se esse in  
 perceptione recipiendi, nisi hæc  
 etiam probentur requisita, cum  
 hoc possessorium habeat admix-  
 tam causam proprietatis *Gratian.*  
*loco cit. vbi etiam dicit, quod hæc*  
 cognitio ad iudicem ecclesiasticum  
 tantummodo spectat.

58 Quæ verò diximus de Capellis,  
 seu Altaribus, intellige, quando  
 solum ad ornatum ecclesiæ: con-  
 struuntur: se cus enim dicendum,  
 esset de ecclesijs, & Capellis, quæ  
 edificatur, seu construuntur, vt  
 ibi Missarum sacrificia, & alia di-  
 uinã officia celebrentur: tunc enim  
 erigi sine dote non debent *cap.*  
*nemo ecclesiam de consecr. dist. 1. Ge-*  
*nuens. in Prax. Archiep. cap. 91. n. 1.*  
*Piasec. in Prax. Episc. par. 1. cap. 5. n.*  
*2. Sylu. in ver. consecratio 2. nu. 1. in*  
 hoc enim casu cessat suspicio auar-  
 itis, & Simoniacæ, cum dõs assigne-  
 tur pro ipsius ecclesiæ seu Capel-  
 læ conseruatione, vt inde necessa-  
 ria tam ecclesiæ, seu Capellæ, quã  
 Sacerdotibus, & Clericis submini-  
 strentur, vt *in d. cap. nemo dignus*  
*est enim operarius mercede sua.*  
*cap. 1. de sepult.*

Addit *Dec. in cap. quanto n. 56.*  
 & 57. *de Iudic. Genuens. in Prax.*

Archiep. cap. 33. num. 27. quod si Prelatus alicui sepulturam concessit in aliquo sepulchro ecclesie, vel Cœmeterij, non potest alteri facultatem concedere mortuum inferendi in tali sepulchro illo inuito, nisi ex magna causa.

## §. VII.

An, & quando possint defunctorum cadauera exhumari.

59 **I**N duobus casibus exhumari posse cadauera dicit Alberic. in l. offa ff. de Relig. & sumpt. fun. primò si ossa excommunicatorum, vel hæreticorum, qui in articulo mortis ecclesie reconciliati non fuerint, sepulta sint in ecclesia, vel cœmeterio: tunc enim si discerni possint ab aliorum corporibus, debent exhumari, & ab ecclesia proijci cap. sacris de sepul. aliter locus sacer remanet violatus, & pollutus cap. consuluiſti de Consecr. eccles. vel alt. Alter. de Censur. to. 1. disp. 10. lib. 1. c. 6. vers. Immo ut in eodem Nau. in man. c. 27. num. 257. vers. tertius casus est. nec tantum exhumanda sunt, sed ecclesia, vel cœmeterium, in quo excommunicatorum corpora sepeliri contingit, debent etiam eo casu reconciliari, ut in d. cap. consuluiſti, & antè reconciliatiōnem fideles non possunt ibi sepeliri, nec diuina officia celebrari cap. vn. de consecr. eccles. in 6. c. fin. ex. eod. tit. Sylu. in ver. consecratio 2. q. 9. Alter. de Censur. to. 1. disp. 10. lib. 1. cap. 6. vers. addit.

60 Sed hæc intellige de excommu-

nicatis denunciatis, aut notorijs Clericorum percussoribus iuxta extrau. Ad euitanda Nau. in man. cap. 27. num. 35. & 36. Bonacin. de de Censur. in part. disp. 2. q. 2. pun. 30. num. 4. contra Alter. d. to. 1. disp. 5. lib. 1. cap. 5. in fin. & alios.

61 Horum autem cadauera exhumari non debent sine licentia. Episcopi l. offa ff. de Relig. & sumpt. fun. Decian. in Tract. crimin. to. 2. lib. 6. cap. 44. num. 11. in fin. Rip. in Tract. de Pest. tit. de remed. preseruat. cap. 4. num. 144.

62 Si verò in articulo mortis excommunicati absoluantur etiam à simplici sacerdote, tunc in Ecclesia sepeliuntur: tenentur tamen heredes, & propinqui, ad quos ipsorum bona peruenerunt pro eisdem satisfacere cap. fin. de Sepul.

63 Secundo quando quis sepeliuit Parochianum alienum, aut eum, qui in alia ecclesia sibi elegit sepulturam, tunc enim non solum corpus restituitur, si ab alijs discerni possit iuxta. cit. cap. sacris, sed etiam ea omnia, quæ ratione ipsius fuerunt acquisita cap. ex parte, & cap. cum liberu, ubi Abb. & Petr. de Anchar. de sepult. Sylu. in ver. sepultura nu. 11. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 294. nisi amicabiliter inter se Parochi conueniant cap. ex parte 1. eod. tit. de sepult. Lauon. to. 1. tit. 2. cap. 9. n. 121.

64 Obserua tamen, quod ecclesia agens pro cadauere violenter subtrahito non solum de æquitate, sed etiã de rigore iuris debet probare titulum Petr. de Anchar. in d. capitulo cum liberum num. 3. nec

sufficeret in huiusmodi possessio probare titulum apparenter iustum, *ut d. Abb. ibidem num. 2.* tum quia ex hoc sequi potest absurdum, nam si facta restitutione alia ecclesia postmodum obtineret in petitorio, iterum exhumandum esset corpus contra *text. in l. nē corpora, & l. Diui fratres ff. de Reliq. & sumpt. funer.* tum quia ita videtur fuisse definitum *in d. cap. cum liberum*, vbi fratres spoliati corpore defuncti deduxerunt titulum, *ut patet ibi*, prout *in vltima voluntate disposuit*, & textus concludit, id esse probandum ante restitutionem, *ibi, si ita esse inteneritis, ut recte obseruat Pet. de Anchar. loco cit. nu. 3.*

65 Sed præter supradictos casus potest etiam exhumari cadauer occisi de licentia Episcopi ad effectum, *ut inde capiantur informationes Lauor. var. elucubr. to. 1. tit. 2. cap. 12. num. 56. & seq. Bellet. Disquisit. cleric. p. 1. tit. 1. §. 5. n. 133. & seq. Ricc. in Prax. for. eccles. p. 1. ref. 463. Diampar. 4. tr. 2. ref. 95. & alij.* & tunc Episcopus concedens huiusmodi licentiam non incurrit aliquam irregularitatem, quia hic actus ostendendi cadauer occisi est remotissimus, & suapte natura non directus ad mortem, vel mutilationem *Nau. in man. cap. 27. num. 211. & alij communi-*

66 *ter.* Vnde eadem ratione potest concedi Curia seculari copia sententia depositionis, siue degradationis verbalis, & renunciationis habitus clericalis clerici inquisiti de homicidio in Curia seculari allegantis se esse clericum:

quia, quod aliquis sit, vel non sit Clericus, non est causa propinqua mortis, *ut decisum refert Genuens. in Prax. Archiep. cap. 34. n. 12. quamuis de hoc dubitet Dian. loco cit.*

67 Addit Genuens. vbi supra n. 11. quod non solum Episcopus potest huiusmodi licentiam concedere, sed quod etiam teneatur, nē delicta remaneant impunita, *in d. cap. ut fama de sent. excom. verum hoc esse remissum arbitrio Episcopi, declarauit Sac. Congr. super cōtrouers. Iurisdict. & refert. Sperell. decis. 51. nu. 17. & 18. cum euenire aliquando possit casus, in quo id minimè expediret.*

68 Huiusmodi autem recognitio in ecclesijs, aut cœmeterijs facienda non est, sed cadauera alio exportanda sunt *arg. capit. decet de Immun. eccles. in 6. vbi ab ecclesijs, vel cœmeterijs omnis arceatur strepitus iudiciorum, & notat Genuens. d. cap. 34. num. 11. vbi refert, ita statutum fuisse in Concilio prouinc. Mediolanen. 5. in tit. de eccles. & ear. cultus, & resoluit etiā eadem Sac. Cong. teste Sperell. d. decis. 51. num. 18.* Vnde non potest Episcopus concedere licentiam Iudici laico, ut examinet præsertim cum iuramento aliquem reum, vel testem in dictis locis, quia *in d. cap. decet, ordinarius ad hæc exequenda, non ad relaxanda, executor deputatus est, ut d. Io. Andr. in d. cap. decet numer. 5. vbi cum Guliel. id limitat, quando vrgens, & euidentis causa subest.*

69 Si verò laicus sine licentia Episcopi exhumare præsumeret, ex-

com-

communicandus est, cum aultam in ecclesia exercere possit iurisdictionem *d. cap. decet, ubi omnes de Immunit. eccles. in 6. Genuens. loc. cit. xii. 11.*

## §. VIII.

*Ad quem spectet concedere licentiam transferendi cadauera de vno ad alium locum.*

70<sup>o</sup> Ege civili cautum erat, ne quis humanum corpus de vno ad alium locum transferret sine Augusti beneplacito *l. nemo C. de Relig. & sumpt. fun.* secus erat, si aliqua iusta, & necessaria causa intercedebat, quia tunc Rector Prouincia dispensabat *l. 1. ubi glos. C. de Relig. & sumpt. fun.* vel si corpus perpetua sepultura nondum traditum fuerat, sed depositum, siue ad tempus, tunc enim absque licentia poterat transferri *l. si nec dum C. de Relig. & sumpt. fun. vel ff. de Sepul. viol. glos. in d. l. nemo. Franc. Marc. par. 1. decis. 1065. n. 9. Paul. de Castr. in d. l. 1. in fin. C. de Relig. & sumpt. fun.*

71<sup>o</sup> Hodie vero corpus humanum sepultum in vno loco non potest in alium transferri, nisi subsistente iusta causa, & cum licentia superioris; iste autem superior est Episcopus, ad quem pertinet cura rerum religiosarum; vel si nulla subest causa, erit Papa, sicut olim erat Princeps, scilicet Imperator, vt d. Paul. de Castr. in d. l. 1. nu. 1. C. de Relig. & sumpt. fun. Franc. Marc. par. 1. decis. 1056. nu. 7. & 9. in fin. quocumque enim modo agatur de iure funerandi, cogni-

tio spectat ad iudicem ecclesiasticum *Dec. in cap. quanto n. 58. de l. 1. d. c. immo etiam de iure civili Episcopo hec facultas competebat, vt constat ex l. offa ff. de Relig. & sumpt. fun. Decian. in tract. crim. to. 2. lib. 6. cap. 44. n. 5. ubi num. 17. dicit, quod non debent extrahi corpora etiam pro Anatomia sine licentia Episcopi, & Magistratus.*

Iusta autem causa videtur esse, si quis vellet mutare sepulchrum suę posteritati, vt accidit, quando quis sacellum alibi construxit, velitque ibi suorum posterorum sepulchrum constituere, tunc enim potest Episcopus translationis huiusmodi licentiam concedere *Io. Dilectus de sepultur. tit. 9. cautel. 4. n. 2. & 3. relatus in Tractat. Diuers. to. 8. par. 1. fol. 139. Decian. in tract. crimin. tom. 2. lib. 6. cap. 44. nu. 8. & colligitur ex citata l. Diui fratres ff. de Relig. & sumpt. fun. ubi dicit, quod si corpus terrę traditum est in arcula hoc animo, vt non aliud transferatur, arcula tamen ipsa (si res exigat) in locum commodiorem transferri potest.*

Ita etiam si corpus per diuersum territoriũ transferri contingebat, de iure civili requirebatur licentia Præsidis *l. 3. §. non perpetua ff. de sepul. viol. Franc. Marc. dec. 1056. n. 11.* nunc autem requiritur licentia illius Diæcesani, seu Episcopi *Castrens. in d. l. 1. n. 1. C. de Relig. & sumpt. fun.* pena tamen non imponitur deferenti corpora huiusmodi per oppida, licet sine licentia id fieri non debeat *Albericus in l. 1. de corpora ff. de Relig. & sumpt. fun. Decian. in tract. crimin. to. 2. lib. 6. c.*

22. n. 22. *Menoch. de Arb. Iud. lib. 2. c. 12. An Tertiaria teneantur ad solutionem Quartæ?*  
 23. *Farinac. var. question. quæst. 20. n. 128. An possint Regulares huiusmodi Tertiarijs sacramenta ministrare?*  
 72. *An verò missus in exilium ab aliqua Ciuitate possit mortuus duci ad sepulturam illius Ciuitatis? Resp. non posse Farinac. quæst. 20. n. 130. in fin. Lauor. var. elacubrat. tom. 1. tit. 2. cap. 11. n. 141.*

Huiusmodi enim pœna etiã post mortem manet, nec licet eum inde transferre alicubi, & sepelire inconsulto Principe *l. si quis in Insulam ff. de Cadan. punit. impetrandæ est igitur licentia à Principe, quæ in huiusmodi casibus negari non debet l. 1. ff. eod. Farinac. & Lauor. locis citatis.*

### SVMMARIVM.

- 1 *Quid sit quarta funeralis.*
- 2 *In quo consistat quarta funeralis.*
- 3 *Non debetur de candelis, quas in manibus gestant religiosi, neque de Cereis Confraternitatum.*
- 4 *Quid veniat sub nomine funeraliũ & num. 5.*
- 6 *Quid si defunctus sepeliatur in oratorio Confraternitatis.*
- 7 *Locorum consuetudo attenditur quo ad quantitatem quartæ funeralis.*
- 8 *An Regulares teneantur soluere huiusmodi quartam, & n. 9.*
- 10 *Solutiones ex causa huiusmodi quartæ à Monachis particularibus factæ non præiudicant monasterio.*
- 11 *An valeant compositiones factæ inter Religiosos, & Parochos super iuribus parochialibus.*

### C A P. XIII.

#### De quarta funerali.

**D**ecreuit Sancta Tridentina Synodus *sess. 25. de res. cap. 13. vt quibuscunque in locis iam ante annos 40. Quarta, quæ funeraliũ dicitur, cathedrali, aut parochiali ecclesiæ solita esset persolui, ac postea fuerit ex quocũq. priuile. alijs monasterijs, Hospitalibus, aut quibuscunque locis pijs concessa, eadem posthac integro iure, & eadem portione, quæ antea solebat Cathedrali, seu parochiali ecclesiæ persoluator non obstantibus concessionibus, gratis, priuilegijs etiam mari magno nuncupatis, aut alijs quibuscunque.*

Pro faciliiori autem intelligentia notandum est 1. quod quarta funeralis est certa bonorum portio ecclesiæ parochiali debita propter ministerium sacramentorum *cap. 1. de sepult. quæ quidẽ olim debebatur de omnibus, quæ obueiebant ratione funeris, & de omnibus legatis factis ecclesiæ etiam Regularium, ad quam quis eligebat sepulturã e. in nostrã de sepult. Clem. dudum §. verum eod. tit. Sylu. in ver. Canonica portio q. 19. vsu tamen, & consuetudine generali ad quartam funeralium restricta fuit Gard. in d. clem. dudum §. verum Couar. in cap. syn. nu. 6. de Testam. Molin.*

*Molin. de iust. & iur. tract. 2. disp. 217. Rodrig. qq. reg. tom. 1. q. 39. art. 2. in fin. quos refert, & sequitur Rota in causa Elnen. Iurium parochialium 6. Junij 1631. coram Queipo relat. per Dian. par. 7. post tract. 12. & ideo huiusmodi quarta consistit tantum in cera, & alijs oblationibus, quæ deferuntur tempore, quo defunctorum corpora ad sepulturam deferri contigerit, ut declaravit sanctæ memoriæ Pius V. 17. Kal. Iulij 1567. prout refert Lezan. in sum. to. 4. ver. Quarta funeralis n. 7. Rota in d. Elnen. Iurium parochialium ubi etiam dicitur, quod de ea tantum loquitur Conciliū Tridentinum d. sess. 25. cap. 13. non tamen debetur quarta de Candelis, quas in manibus deferunt Religiosi, neque de cereis Confraternitatum secularium, aut piorum locorum associantium funera extraneis interuentas §. porrò de Privil. Ricc. in Prax. for. eccles. p. 3. ref. 337. Lezan. loco cit. in ver. quarta funeralis n. 7. Sorb. in ver. Canonica portio n. 6. Sylu. eod. ver. in fin.*

4 Quare sub nomine funeralium veniunt cerei, qui circa crucem, vel cadaver deferri solent, maces omnis, quæ supra corpus constituitur, pannus siue laneus, siue sericeus, siue auro contextus, quo feretrum tegitur, & omnia quæ cū funere computantur, & pro illo in ecclesia preparantur, siue alias offeruntur, ut in d. extraneas. Inter canctas §. porrò de Privil. glos. in clem. dudum ver. funeralibus de sepult. Lezan. loco cit. Ricc. in Prax. for. eccles. p. 4. ref. 301.

5 Ea etiam sub nomine funeralium

continentur, quæ occasione funeris deueniunt, etiam postquam corpus fuerit in terra reconditū & vsque ad 30. diem, & quandū sit memoria de funere Barbof. de offic. Paroch. cap. 25. n. 27. ubi dicitur ita de consuetudine seruari & ideo, huiusmodi quarta Parocho debetur ex funeralibus sequenti die post funus solemniori pōpa factis, quamuis ei funeris die data fuerit candelarum, & facum quarta, ut censuit Sac. Cong. Episcop. & Regul. 3. Augusti 1621. teste Barbof. ubi supra num. 38.

6 Hæc autem non debentur Cappellano oratorij, seu Confraternitatum, si fortè defunctum ibi sepeliri contingat: sed debentur tantum ecclesiæ parochiali Rota in Borgomen. funeralium 7. Noueb. 1594. coram Card. Mantico. quam refert Ricc. d. p. 4. ref. 301.

7 Notandum 2 quod licet hæc portio dicatur quarta, tamen canones non concordant in quota: nam alij dicunt esse quartam, alij tertiam, alij medietatem glos. in cap. cum olim in ver. quarta omnium de Censib. Card. Canalex. decis. 247. n. 2. & ideo quoad hoc locorum consuetudo est seruanda Piasc. in Prax. Episc. par. 2. cap. 5. nu. 36. verf. quota antiq. & in vrbe Parochi medietatem percipiunt candelarum, & intorstitorum, quæ in ecclesijs etiam regularium circa funera accenduntur ex decreto Congregationis RR. Prefectorum urb. approbato ab Urbano VIII. die 21. Martij 1629. prout refert Barbof. de offi. Paroch. cap. 25. n. 42.

8 Notandum 3. quod regulares per



per priuilegia Sedis Apostolica eximuntur ab omni quarta præterquã funeralium propriè, idest concomitantium funus ex Constitutione Sixti I V. quam refert Sylu. in ver. Canonica portio in fin. & ita etiam statuit Pius V. prout refert Rota in d. Elnen. Iurium parochialium. & quamuis Sorb. in ver. canonica portio, referrat, Nicholaum V. fratribus Carmelitanis indulgisse, vt nec etiam de funeralibus oblationibus teneantur soluere quartã, vel canonicam portionem, huic tamen constitutioni Nicolai derogatum esse in hac parte per constitutionem Pij V. supra relata[m] dicit Lezan. loco cit. in ver. Quarta funeralis nũ. 7.

9. Notandum 4. quod Doctores duo copulatiuè requirunt ad hoc vt Regulares comprehendantur sub dispositione Concilij d. sess. 25. cap. 13. videlicet, quod monasterium sit fundatum ante 40. annos ante Concilij publicationem, & quod esset solitum persoluere quartam; ex quo inferunt, quod monasteria fundata ante concilium citra 40. annos, vel post Concilium, aut quæ in dies ædificantur, vel ædificabuntur, non tenentur soluere huiusmodi quartam, dummodò talia monasteria sint eius Religionis, cui à Sede Apostolica sit indultum, vt quartam funeralem soluere non debeat, aut eis ab eadem sede communicata fuerint priuilegia earum Religionum, quæ ab huiusmodi quarta eximuntur, ita Rodriq. qq. reg. tom. 1. q. 39. art. 2.

Mirand. in Man. 10. 2. q. 48. art. 7. Ioann. de Cruc. de Stat. Religion. h. 2. cap. 9. dub. 5. Portell. in dub. Regul. ver. canonica portio num. 1. & seq. Nald. in Sum. ver. Sepultura nu. 1. quos refert, & sequitur Lezan. in Sum. tom. 4. d. ver. Quarta funerals num. 5. & ita etiam declarauit Pius V. in Constit. incip. Etsi Medicantium, quam refert Barbof. de offic. & pot. Paroch. cap. 25. n. 14. Lezan. vbi supra num. 6. & tenuit Rota in Licien. Quarta funeraliũ 15. Ian. 1618. coram Cocino, vt refert Ricc. in prax. for. eccles. p. 3. ref. 336. Barbof. de offic. & pot. Epif. par. 3. alleg. 86. numer. 17. & seq. Lezan. loco citat. numer. 6. & censuit etiam Sac. Cong. apud Quar. in ver. Priuilegia Regularium vers. aliam declarationem Rot. in Licien. Quarta 27. Iunij 1642. coram Rojas quam refert Dian. p. 7. post tract. 12. & refertur etiam inter Decis. nouissim. Diuers. par. 4. decis. 20.

Hæc autem Pij V. constitutio in hoc nõ est reuocata à Greg. XIII. per aliam constitutionem, quæ incip. In tanta, quia Gregorius solum reuocauit præfatam constitutionem Pij V. quatenus per ipsam conceditur aliquid contrarium decretis Concilij Tridentini, non autem quatenus ipsa declarantur Rota in d. Licien. & in Tarentin. Quarta funeralis 5. Decembris 1629. coram Quicipo apud Diã. loco cit. & notat. etiam Barbof. de offic. Paroch. d. cap. 25. num. 14. Lezan. in ver. Quarta funeralis n. 6. vbi id etiam probat, ex decisione Sac. Congregationis, & ex Constitutio-

tutione Pauli V. incip. *Decret. Romanum.*

Addit Portel: quem refert, & sequitur Lezan. ubi supra num. 8. contra Nouarin Lucer. Regul. ver. quarta num. 1. quod hæc locum habent etiam in monasterijs monialium, quia Pius V. in d. Constitutione ipsarum expressè meminit.

Observant etiam Doctores, quod Concilium d. cap. 13. loquitur de Priuilegijs concessis à 40. annis citra; & idè non procedit in priuilegijs antiquissimis cõcessis ante 40. annos ante Conciliũ, siue illius publicationem, quibus per dictum decretum nõ fuit derogatum, & ita censuit Sac. Cong. teste Quarant. loco cit. vers. *quasi scã alias Rota in Hispanen. Quarta funeralium 4. Iulij 1590. coram Pamphilio, & ita etiam declarasse Ritu Quintum dixit Rota in Tarentin. Quarta funeralis 5. Decembr. 1629 coram Queipo, prout refert Diana loco cit.*

10 Notandum 5. quod solutiones ex causa huiusmodi quartæ à monachis particularibus factæ non præiudicant successoribus, seu monasterio; quia monachi particulares non possunt renunciare priuilegio toti ordini concesso Rot. in d. *Hispal. Quarta funeraliũ 4. Iulij 1590. coram Pamphilio.* valida tamen sunt compositiones

11 super iuribus parochialibus factæ inter Prælatos conuentuales, & Parochos, etiam si fiant absque licentia Superiorum Prouincialium, & Generalium; dummodò sint licite, & fiant cum consensu Con-

uentus, nec irritentur per sequens Capitulum generale, vel prouinciale, ut dicunt Doctores, quos refert, & sequitur Barbof. de off. Paroch. d. cap. 25. num. 34. ubi id probat ex decreto Leonis X. in Concilio Lateranen. & colligitur etiã ex constitutione Sixti IV. quam refert Sorb. loco cit. num. 6.

Notandum 6. quod Tertiarie, 12 quas de pœnitentiã, seu Bizzocas vocant, quartam funeralem de iure soluere debent, tum quia possunt alibi sibi eligere sepulturam extra ecclesias Religionis ex decreto Sac. Cong. Episcop. & Regul. apud Lauor. var. elucid. to. 1. tit. 2. cap. 11. num. 103. tum quia tales non sunt veræ religiofæ, ex quo non vouent solemniter tria vota, ut d. Cordub. apud Sorb. in per. Tertiarij. vers. *quoad resolutionem*: Vnde non possunt Regulares Eucharistiæ Sacramentum die Paschatis resurrectionis eis ministrare, sicuti neque sacramentum pœnitentiæ, nisi fuerint ab ordinario loci approbati ad confessiones personarum sæcularium audiendas, ut eadem Sac. Congr. declarauit. Quare cum ab ecclesia parochiali recipiant ecclesiastica sacramenta, consequenter quartam funeralem soluere debent cap. 1. de sepult. cap. cum quis eod. tit. in 6.

#### S V M M A R I V M.

- 1 An missa celebrari possit in priuatis oratorijs de licentia Episcopi.
- 2 An priuilegia Regularium, qui-

P  
bus

- bus poterant in quouis loco honesto cum altare viatico celebrare, sint hodie sublata.
- 3 An Episcopus in particulari casu possit dispensare, ut missa extra ecclesiam celebretur.
- 4 An priuilegium Episcopis concessum in cap. vit. de Priuil. in 6. sit hodie reuocatum.
- 5 Episcopi hoc priuilegio uti non possunt in Vrbe Roma, nisi de licentia Papa.
- 6 An eodem priuilegio uti possint in aliena Diocesi, si Episcopus illius Diocesis suo edicto prohibuerit, ne quis in suo Episcopatu celebret extra loca sacra.
- 7 An Episcopus possit onera missarum reducere.
- Et ad eadem facultas competat Generalibus Ordinibus, ibidem.
- 8 Refertur in hoc decretum Sac. Congregationis.
- 9 An Episcopus possit concedere, ut missa celebretur in alia ecclesia, vel Altare, si in loco constituto celebrari nequeat.

## CAP. XIV.

## De Sacrificio Missæ.

## S. I.

An Episcopus possit concedere facultatem celebrandi missam in Capella domus priuata.

3



Vanius ante Concilium Tridentinum celebrari posset de licentia Episcopi in priua-

ais Oratorijs super ara sacra portatili, ut in cap. missarum cap. cōcedimus cap. si quis etiam de consecrat. dist. 1. hodie tamen hanc licentiam Episcopus nō potest amplius concedere, ut constat ex eod. Conc. sess. 22. in decret. de obseru. & euitand. in celebr. miss. & censuit etiam Sac. Cong. teste Rasc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 470. Megal. var. resol. tom. 2. ref. 168. num. 11. Nau. in man. cap. 25. nu. 81. vbi etiam notat, quod per dictum Decretum Concilij hodie sunt sublata Prædicatorum, & minorum priuilegia, per quæ poterant in quouis loco honesto cum altare viatico celebrare, ut in cap. in his 30. de Priuil. nisi à Sede Apostolica post Tridentinum fuerint confirmata; quemadmodum priuilegia Societatis Iesu fuisse à Gregorio XIII. confirmata cum derogatione Concilij testatur Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 23. num. 4. & alij.

3 Obseruant tamen Doctores, posse Episcopum in particulari casu concurrente necessitate, vel iusta causa dispensare, ut missa extra ecclesiam in loco honesto celebretur ita Piasc. in Prax. Episc. par. 2. c. 3. n. 21. Barbof. loco cit. num. 9. vbi hanc facultatem tribuit etiam Vicario Episcopi, & alij, quos refert, & sequitur Bonacin. de Sacram. disp. 4. q. ult. pun. 9. n. 11. immò addit Nau. in Man. cap. 25. nu. 81. posse etiam hodie missas celebrari extra locū sacrum sine licentia Episcopi propter necessitatem, quemadmodū in tali casu licitū erat ante Concilium

cilium Tridentinum: per cap. con-  
cedimus de Consecr. dist. 1. §. 1.

4 Obscrvant 2. per hoc Concilij  
decretum non esse reuocatum  
priuilegium Episcopis concessum  
in cap. ult. de Priuileg. in 6. vbi Epi-  
scopis indulgetur, vt possint alta-  
re habere viaticum, & in eo ce-  
lebrare vbicumque, ita tamen, vt  
non violent interdicitum. *Nauar.  
conf. 5. de Priuileg. & ita declarasse  
Sac. Cong. refert Valer. de differ. in-  
ter vtrumque for. ver. missa dist.  
2. vers. hęc tamen regula Fagund.  
in quinque Eccles. precept. par. 2.  
lib. 3. cap. 13. num. 49. Armend. in  
Addit. ad Recopil. leg. Nauar. lib. 3.  
tit. 18. l. 7. De Episc. numer. 73. quos  
refert Barbof. loco cit. num. 5.*

5 Hoc tamen priuilegio vti non  
possunt in Vrbe Roma, nisi de  
expressa concessione Papę. *Na-  
uar. conf. 5. de Priuileg. Barbof. & Ricc.  
loci cit. neque etiam in aliena*

6 Diocesi, si Episcopus illius Die-  
cesis recepit Concilium Triden-  
tinum, ac suo edicto prohibuit, ne  
quis in suo Episcopatu celebret  
extra loca sacra: quia Episcopi  
auctoritate Concilij prædicti  
possunt statuere quę sibi vi-  
dentur iusta, & honesta  
tamquam delegati  
Papę non obstanti-  
bus priuilegijs,

*vt d. Nauar.*

*conf. 5. de*

*Priuileg.*



## S. II.

An Episcopus possit onera missarum  
reducere.

7 **C**oncilium Tridentinum sess.  
25. de ref. c. 4. concessit Epi-  
scopis, vt in Synodo Diocesana,  
ac generalibus Ordinum, vt in  
suis Capitulis generalibus ex iu-  
sta causa possent onera missarum  
ad minorem numerum reducere;  
quod etiam locum habere in An-  
niuersarijs, & officijs pro defun-  
ctis, censuit Sac. Congr. Concilij  
teste *Quarant. in ver. missa & Pia-  
sev. in Prax. Episcop. par. 2. cap. 3.  
num. 15. Immo Episcopos id face-  
re posse etiam absque Synodo, re-  
soluit Nau. cap. 25. nu. 138. Sorb. in  
ver. Missa 3. vers. vbi primò. Possen-  
tin. de offic. Curat. cap. 2. num. 25.  
quest. 9. & alij, quos refert, & se-  
quitur Barbof. de offic. & pot. Epis-  
par. 2. all. 29. num. 15. vbi dicunt,  
quod hæc facultas eis cõpetit de  
iure communi, contra *Bonacin.  
& alios per eum relatos in tract. de  
Sacram. disp. 4. q. ult. pan. 7. l. 2. n. 9.*  
secus dicendum est de Generali-  
bus ordinum, nam quoad eos Cõ-  
cilium ius nouum constituit, &  
ided huiusmodi reductionem fa-  
cere non possunt, nisi in Capitu-  
lis generalibus, vt dicunt *Nau.  
& alij DD. supra citati, & alij  
apud Dian. par. 1. tract. 14. ref. 4.**

8 Obscrvant tamen Doctores,  
quod hæc facultas Episcopis, &  
Generalibus ordinum concessa  
intelligitur tantum de onere Mis-  
sarum ante Concilium Tridenti-

P. 2. um

num imposito, ut censuit Sac. Cong. teste Gar. de benef. par. 7. c. 1. n. 132. Sorb. in ver. missa 3. vers. secundo notandum Dian. par. 1. tr. 14. ref. 2. & ideo non possunt reducere onera vlla Missarum celebrandarum post concilium Tridentinum imposita, aut in limine fundationis, ut declaravit Sac. Cong. Conc. teste Barbof. de offic. & pot. Episc. p. 2. all. 29. n. 16. & post 3. p. eiusdem tract. fol. 58. vers. ac primo districtè prohibet Bonacin. de Sacram. disp. 4. q. ult. pun. 7. §. 2. n. 10. & seq. Piafec. in Prax. par. 2. c. 3. n. 31. Dian. par. 1. tract. 14. ref. 1.

- 9 Addit Barbof. loc. cit. n. 8. Bonacin. d. q. ult. pun. 7. §. 4. nu. 4. & alij, posse Episcopum ex iusta causa concedere, ut Missa in alia ecclesia, & in alio Altare celebretur, si nequeat celebrari in loco constituto.

### SVMMARIVM.

- 1 In ecclesia Cathedrali tenetur Episcopus predicare, in alijs per Parochos hoc munus est exercendum.
- 2 Qua poena puniatur Parochus omittens predicationis officium.
- 3 An Parochus possit dare licentiã predicandi in sua Parochia.
- 4 Qui teneantur ad præstandum stipendium, vel expensas Prædicatori.
- 5 In quo casu ad id teneatur Parochus, vel Populus.
- 6 Cui competat ius eligendi prædicatorem.
- 7 An in hoc sit attendenda immemorabilis consuetudo nominan-

di, vel presentandi, ut nullus  
 8 An si Episcopus eligere voluerit, possit compellere populum ad solitam eleemosinam præstandam, & nam. 9.

### CAP. XXV. De munere euangelicæ prædicationis.

**I**N ecclesia Cathedrali Episcopus legitime impediens non fuerit, ad prædicandum sanctum Iesu Christi euangelium tenetur; si verò legitimo detineatur impedimento, viros idoneos ad hoc officium exequendum assumere debet. *Episcopus nullum rei 88. dist. cap. inter cetera de offic. ordin. Conc. Tridentinum sess. 5. de ref. cap. 2. & sess. 24. de ref. cap. 4. in alijs verò ecclesijs per Parochos, siue eis impeditis, per alios ab Episcopo deputandos idem predicationis munus est exercendum, ut in d. sess. 24. cap. 4.*

2 Sed quæres 1. qual poena puniendus sit Parochus, qui omittit predicationis officium? Respon. quod poena arbitraria punitur, cum in Concilio loco citato certa poena non exprimitur. *cap. de causis. ubi DD. de offic. deleg. 2. q. 1. c. 2.*

3 Quæres 2. an Parochus possit dare licentiã predicandi in sua Parochia? Respondent Henric. Mirand. & alij apud Barbof. de offic. & pot. Episc. p. 3. alleg. 76. n. 26. Dian. p. 3. tr. 2. ref. 111. quod potest Parochus viro docto, & noto siue seculari, siue regulari etiam nondum presentato

to coram Episcopo cōcedere huiusmodi licentiam pro duabus, aut tribus vicibus: hoc tamen solum esse admittendum in oppidis, vbi non adest Episcopus, & in quibus talis vigeat consuetudo, dicit *Lezan. in sum. qq. reg. tom. 1. c. 20. n. 4.* si verò talis Prædicator fuerit semel approbatus ab ordinario loci, omnes concedunt, quod potest admitti à Parocho absque alia licentia *Nauar. in man. c. 25. n. 141. Possuin. de offic. Curat. cap. 3. nu. 4. Barbof. vbi supra num. 26. in fin. & alij.*

4 Quæres 3. quinam teneantur ad præstandum stipendium, seu expensas Prædicatori? Resp. quod in sola ecclesia Cathedrali tenetur Episcopus, nisi ex consuetudine hoc onus ad alium spectet *ex decreto Pij V. & Sac. Cong. prout refert Leo in Thes. for. eccles. par. 1. c. 8. in. 6. Barbof. p. 3. all. 76. nu. 11. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. resol. 478. Vulp. in Prax. Iudic. cap. 41. n. 40.* in alijs verò ecclesijs tenentur iij, qui hoc onus ex pacto, aut obligatione subire vel tenentur, vel solent *ex Conc. Trid. d. sess. 24. cap. 4* si verò nulla adsit consuetudo, neque adsint redditus particularès huiusmodi destinati, tunc tenetur Parochus, si habet redditus sufficientes pro huiusmodi onere sustentando: alias tenetur Populus, cui verbum Dei prædicatur *arg. cum ex offic. de Prescript. Leo vbi supra d. cap. 8. n. 6. Barbof. d. all. 76. nu. 15. & 16.*

6 Quæres 4. cui competat ius eligendi prædicatorem? Resp. quod Episcopus habet intentionem sit-

7 datam eligendi prædicatores in ecclesijs suæ Diœcesis *ex d. cap. in ter cetera de offic. ordin. & ex Conc. d. sess. 24. cap. 4.* Vnde electio prædicatoris in cathedrali ecclesia ad solum Episcopum spectat nulla habita ratione cuiuscunque consuetudinis immemorabilis, qua talis electio capitulo, vel Episcopo, vna cum capitulo, siue de eius consilio, aut cuius alteri competeret, *vt censuit Sac. Cong. teste Vulp. d. c. 41. n. 40. Leo loco cit. n. 7.* in alijs verò ecclesijs non esse sublatam immemorabilem consuetudinem nominandi, vel præsentandi Prædicatorem pro illis ecclesijs, tenent Doctores, quos refert, & sequitur *Barbof. d. all. 76. n. 6.*

8 Obserua tamen, quod si Episcopus Prædicatorem eligere voluerit in sua Cathedrali, non poterit compellere populum ad solitam eleemosinam Prædicatori præstandam; secus si Episcopus sineret, vt Populus nominaret, & solitus esset Populus eleemosinam præstare *vt censuit eadem Sac. Congr. apud Vulp. loco cit. Barbof. ut supra n. 11. Farinac. dec. 157. par. 4. Diuers.*

9 Obserua 2. quod si in ecclesijs inferioribus facultas nominandi Prædicatorem vniversitati, ab immemorabili tempore competeret, & Episcopus talem nominatione sibi vendicauerit, non poterit amplius cogi populus ad præstandum stipendium Prædicatori, etiam si antea illud præstare consueuerit, ita decisum refert *Barbof. par. 3. d. all. 76. n. 12. Farinac. d. decis. 157.*

S V M M A R I V M.

- 1 An, & quando ecclesia polluat<sup>ur</sup> per humani sanguinis effusionem.
- 2 Quid si vulnus intra ecclesiam infligatur, sanguis tamen extra eam effundatur.
- 3 An percutiens aliquem in ecclesia sit ipso facto excommunicatus.
- 4 Ecclesia polluitur etiam per voluntariam seminis humani effusionem.
- 5 Et an per copulam matrimonialem sequutam in ecclesia.
- 6 Ecclesia polluitur per homicidium in ea commissum, etiamsi mors sequatur extra ecclesiam.
- 7 Item polluitur, si in ea sepelitur infidelis, etiam si in fans sit, & filius alicuius fidelis, & quomodo id intelligatur.
- 8 Item si sepelitur excommunicatus, & quomodo hoc intelligatur.
- 9 An ecclesia violetur per sepulturam hominis nominatim interdicti.
- 10 An ecclesia ab Episcopo excommunicato publico consecrata, vel benedicta censeatur polluta.
- 11 Quae requirantur, ut ecclesia polluta dicatur, & num. 12: 13: & 14.
- 15 An simplex Sacerdos possit reconciliare ecclesiam pollutam.
- 16 An Episcopus & eius Vicarius dispensare possit, ut in ecclesia polluta celebretur.
- 17 An Ecclesia in dubio presumatur consecrata.
- 18 Quiae expensis reconciliatio ecclesiae polluta fieri debeat.
- 19 Quam poenam incurrat celebrans in ecclesia polluta, & num. 20.

## CAP. XVI.

Quo Casu in Ecclesia polluta  
diuina officia celebrari  
nequeant.

## S. I.

Quibus casibus Ecclesia pol-  
luatur.

**R**esp. ecclesiam pollui primo per humani sanguinis effusionem intra ecclesiam cap. pro-  
posuisti & cap. ult. de Consecr. Ec-  
cles. cap. vii. eod. tit. in 6. sufficit au-  
tem ad hunc effectum, vt vulnus  
intra ecclesiam inflictum sit, quā-  
uis sanguis effundatur extra, vel  
in aliquo vase Ancharan. in dicto  
capitulo vn. quem refert, & sequi-  
tur Megal. var. to. 2. ref. 168. nu. 5.  
Bonacin. de Matrim. q. 4. pun. ult.  
num. 20. non tamen sufficeret,  
quod sanguis in illa effundatur, si  
vulnus extra inflictum sit Nauar.  
in man. cap. 27. num. 256.  
Quare non censeatur polluta  
ecclesia, si quis aliquem in ea  
percutiat citra sanguinis effusio-  
nem, etiamsi carnes contundat,  
vel ossa frangat Sylu. in ver. consec.  
2. num. 5. Nauar. loco cit. Bonacin.  
de matrim. q. 4. pun. ult. num. 20.  
Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2.  
all. 28. num. 54. Ricc. in Prax. for.  
eccles.

eccles. par. 3. ref. 257. nisi fortè hu-  
iusmodi percussio tumorem cau-  
saauerit, aut liuorem ex verberibus,  
& opus sit, vt tumor, seu li-  
nor ferro aperiatur; tunc enim  
dicetur ecclesia polluta, etiã si  
sanguis extra ecclesiam effunda-  
tur iuxta glos. commun. recept. in  
cap. vn. ver. sanguinis de consecrat.  
eccles. in 6. Barbof. in cap. tuarum  
num. 4. de Præileg. Sylu. in ver. con-  
secratio 2. num. 5. Bonacin. loco cit.  
d. nu. 26. Megal. to. 2. ref. 168. nu. 51.  
non est enim necessè, vt sanguis  
tunc effundatur in ecclesia, sed  
sufficit, vt causa naturalis eius ef-  
fusionis ibi detur, vt infra dice-  
mus de Homicidio in ecclesia  
commisso, Dian. par. 6. tr. 6. ref. 47.  
Ricc. in Prax. par. 3. ref. 258. Bonac.  
loco cit. Nau. d. cap. 27. num. 256. &  
alij communiter: quamuis contra-  
rium teneat Barbof. par. 2. all. 28.  
num. 24. vbi perpendit, quòd iu-  
ra tantum loquuntur de effusione  
sanguinis intra ecclesiam, non  
autem de vulnere, vt ex cap. vn.  
de Consecr. eccles. in 6. & cap. vlt. ex  
eod. tit. & cap. tuarum de Præileg. &  
ideo putat, ecclesiam non cen-  
seri pollutam, si vulnus intra in-  
fligatur, sanguis tamen extra ec-  
clesiam effundatur propter reces-  
sum repentinum ab eadem; &  
hanc sententiam probabilem di-  
cit Dian. d. p. 6. tr. 6. ref. 47. quia vio-  
latio est poena, & ideo strictè inter-  
pretanda iuxta l. si Præses. ff. de  
Pan.

3 An verò percutientes aliquem  
in ecclesia sint ipso facto excom-  
municati? affirmatiuè respondet  
Megal. var. to. 2. ref. 168. nu. 21. ex

Conc. Tolet. 12. c. 10. relato in c. Dis-  
finit 17. q. 4. vltra sacrilegium,  
quod in tali casu committant, vt  
d. S. Tho. 2. 2. q. 99. art. 1. & 3.

4 Secundo polluitur ecclesia per  
voluntariam feminis humani ef-  
fusionem cap. vlt. de Consecr. eccles.  
d. cap. vn. eod. tit. in 6. etiam per  
copulam matrimonialem in ec-  
lesia quomodolibet sequutam,  
secundum Nauar. cap. 16. num. 32.  
sed alij contrarium sustinent quã-  
do coniuges ibi coguntur diu cõ-  
morari: & copula coniugalis oc-  
cultè habetur ex legitima neces-  
sitate, puta si periculum incon-  
tinentiæ adsit in alio coniuge, ita  
Sylu. ver. consieratio nu. 5. Bonac.  
de Matrim. q. 4. pun. vlt. nu. 6. Bar-  
bof. loco cit. nu. 48. & in cap. signi-  
ficasti num. 3. de Adult. Si verò ac-  
tualis feminis effusio non intra,  
sed extra ecclesiam contingat, ec-  
clesia non erit polluta; quia iura  
principaliter ad effusionem ipsã,  
non verò ad hunc actum simpli-  
citer se referunt, vt d. Barbof. d. all.  
28. num. 51.

6 Tertio polluitur ecclesia per  
homicidium ibidem perpetratũ,  
quamuis sine sanguinis effusione  
cap. si motum de Consecr. dist. 1. gl.  
in d. cap. vn. ver. sanguinis Sylu. in  
ver. consecratio 2. nu. 5. Nau. c. 27.  
num. 256. etiam si extra ecclesiam  
post plures menses quis moria-  
tur, dummodò vulnus intra ec-  
clesiã acceperit, & ex eo decesse-  
rit Sylu. vbi supra num. 5. & alij  
communiter, quamuis contrarium  
teneant DD. apud Dian. par. 6. tr. 6.  
ref. 47.

7 Quarto polluitur, si in ea se-

pe-



pelatur infidelis, etiam si infans sit & filius alicuius fidelis. c. ecclesiam de consecr. dist. 1. Bonac. in loco cit. n. 23. si tamen in utero matris mortuus sit, una cum matre fidei sepeliri potest: quia mater cum fœtu unum corpus cœsetur. *Lajman. in Theol. mor. lib. 5. tr. 5. cap. 5. nu. 8. Bonac. ubi supra n. 24.* secus esset si filius in utero matris adhuc viveret, & moriatur in ecclesia eo quod mater aperta non fuerit ex negligentia, aut malitia: tunc enim ecclesia polluitur propter homicidium culpabile in ecclesia sequutum. *Sylu. & Bonac. locis cit.*

8 Quinto polluitur, si ibidem sepelitur excommunicatus. *cap. consuluisti de consecr. eccles.* quod intellige de excommunicato vitando, si videlicet publicè denuntiatus sit, aut notorius Clerici percussor fuerit iuxta extravaag. ad evitanda Heret. *Bonac. in de matrim. d. q. 4. p. ult. n. 27.* nisi fortè ecclesia propter signa contritionis, quæ excommunicatus in vita, & mortis articulo ostendit, ipsum absoluerit etiam post mortem; tunc enim cum pro eo sit orandum, poterit similiter intra ecclesiam sepeliri. *Barbos. p. 2. all. 28. n. 52.*

9 An verò per sepulturam hominis personaliter, aut nominatim interditi ecclesia violetur? Resp. negativè, quia hic casus non est in iure expressus. *Lajman. loco cit. c. 5. numero 8.*

10 Addunt alij, ecclesiam pollui, quando per Episcopum excommunicatum publicum consecratur, aut benedicitur. *Sylu. in ver.*

*benedictio n. 6. & in ver. consecratio 2. n. 5. Piussec. in Prax. Episc. par. 1. c. 5. n. 6. Barbos. p. 2. all. 27. n. 28. & alij:* sed contrarium videtur verius, quia hæc violatio nullo iure fundata est, ut d. *Lajman. d. lib. 5. tr. 5. c. 5. n. 9. Bonac. de matrim. q. 4. p. ult. n. 22.* sicut enim Baptismus ab excommunicato, & hæretico collatus validus est, & iterari non debet, ita & ecclesia ab Episcopo excommunicato, & hæretico validè consecratur, dummodo fidè Sanctissimæ Trinitatis tenuerit. c. *eccles. de consecr. dist. 1.*

11 Porro ut Ecclesia polluta dicatur, requiritur primò, ut factum sit notorium iuris, aut facti notitia, quia ecclesia non iudicat de occultis. *Sylu. in ver. consecratio 2. n. 5. Lajman. loco cit. n. 8. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 479. & alij apud Barbos. par. 2. d. alleg. 28. n. 37. & est communis opinio:* & ideò pollutio occulta non impedit celebrationè Missarum. *Nau. c. 27. n. 256.* occultum autem in hoc casu dicitur, non solum quãdo nulli adsunt testes, sed etiam quando id per testes probari potest, non tamen est publica fama notatum. *glos. recept. in c. quis aliquando d. huc ergo secreta de Penit. dist. 1. & in c. de manifesta 2. q. 1. Barbos. d. all. 28. n. 39.* & ideò non dicitur ecclesia polluta ad effectum ut indigeat reconciliatione, si tres, aut quatuor testes id sciant, modò auctor criminis non sit accusatus in iudicio. *Riccus in Prax. for. eccles. p. 3. ref. 260.* Vnde licet Sacerdos ex Sacramentali confessione sciat, in ecclesia effusionè sanguinis, aut seminis contigisse,

poterit tamē in eadē celebrare, ut  
dicunt DD. apud Barbof. d. all. 28. n. 41. idem dicendum, si delinquēs  
secretò extra confessionem reue-  
lauerit Sacerdoti, se violasse ec-  
clesiam, modò crimen sit alijs oc-  
cultum; tunc enim non efficitur  
publicum ex tali secreta reuelati-  
one; & ideò idem Sacerdos po-  
terit ibidem celebrare Ricc. d. p. 3.  
res. 260. vbi etiam addit quod in  
eadem ecclesia poterit diuina ce-  
lebrare etiam ipsemet Sacerdos,  
qui in hoc fortè deliquerit.

Addunt DD. quod nō est necessa-  
ria reconciliatio, quando eccle-  
sia fuit occultè violata, & post vio-  
lationem, antequam publicaretur,  
confectum in ea fuit Missa sa-  
crificium, quia censetur ecclesia  
sufficenter reconciliata per præ-  
sentiam Sanctissimi corporis Chri-  
sti ita Sylu. in ver. consecratio 2. n. 5.  
Auil. p. 5. de Censur. disp. 7. dub. 3. &  
alij, quos refert, & sequitur Bona-  
cin. d. 9. 4. pun. ult. nu. 27. Ricc. in  
Prax. par. 3. res. 262. & alij commu-  
niter. alij tamen contrarium tenent  
per tex. in cap. significasti de  
Adulter. vbi adulterium cum sacer-  
dote intra ecclesiam à principio  
occultè contigit, & tamen quia  
postea per confessionem mulieris  
adultere publicè factam de crimi-  
ne confititur, præcepit summus Pō-  
tifex, vt ecclesia reconciliaretur,  
ita Layman. loco. cit. n. 13. Barbof. d.  
all. 28. n. 37. & 50.

Quando verò pollutio notoria  
est, ecclesia omninò reconciliari  
debet, etiā si Sacerdos post viola-  
tionē ibidē missā celebrauerit ut  
d. Ric. in Prax. for. eccl. p. 3. d. res. 262

12. Secundò requiritur, vt violatio  
intra ecclesiam sequatur iuxta  
communem Doctorum sententiam,  
nomine autem ecclesie in tali ca-  
sū intelligitur totū illud spatium,  
quod pertinet ad internum cor-  
pus ecclesie à tecto interiori vsq.  
ad pavementum, & à parte inter-  
na portæ maioris ipsius ecclesie  
vsque ad vltimum parietem Capel-  
læ maioris, ut post Fagund. no-  
tat Barbof. d. p. 2. all. 28. n. 22. Vnde  
non violatur ecclesia, si effusio sã-  
guinis, vel seminis, aut mors se-  
quatur etiam super tectum eccle-  
sie, vel subtus eam glos. in cap. un-  
den. sanguinis de consec. ecclesie in 6.  
Sylu. in ver. consecratio 2. n. 5. Ricc.  
in Prax. for. eccl. p. 1. res. 479. Nau-  
d. cap. 27. n. 256. Layman. lib. 5. tr. 5.  
cap. 5. n. 7. neque si sequatur in sa-  
cristia, vel Campanili, aut cemet-  
erio, seu alio loco à reliquo eccle-  
sie corpore per parietem interme-  
dium seiuncto, licet de vno ad al-  
terum ingressus pateat: tunc enim  
altero ex dictis locis violato, alter  
violatus non censetur cap. unde  
Consecr. ecclesie in 6. latè Barbof. d. al-  
leg. 28. n. 45. quamuis polluta eccle-  
sia pollutum etiam censetur ce-  
meterium, si contiguum sit eidem;  
& ideò antequam reconciliatum  
fuerit, non debet in eo aliquis se-  
peliri, ut in d. cap. un. obserua-  
tamen, quod reconciliata ecclesia  
reconciliatum etiam censetur ce-  
meterium ita vt alia recõciliatio-  
ne non indigeat, si per accidens,  
seu accessoriè violetur propter ec-  
clesie violationem Barbof. de offic.  
& pot. Episc. par. 2. alleg. 27. numero  
34. & alij communiter in d. cap. un.

Q de

de Consecratio. eccles. in 6. Si verò in porta ecclesie, seu ceteri meterij sequatur seminis, aut sanguinis effusio, vel mors, tam ceteri meterium, quam ecclesia polluta censetur *Barbos. d. alleg. 28. numero 20.*

Sed hæc procedunt, quando ecclesia consecrata est, vel saltem benedicta, quamvis enim ecclesia etiam non consecrata, nec benedicta immunitate gaudeat *iuxta c. penult. de imm. eccles.* tamen quoad violationem, de qua agimus, incurrendam, strictius accipitur locus sacer pro eo solummodo, qui vel consecratus, vel benedictus est & ideo si ecclesia benedicta saltim non sit, non polluitur, neque reconciliatione indiget, quamvis ibi diuina officia fuerint celebrata. *Barbos. in cap. tuarum. num. 10. de Priuil.*

13 Tertiò requiritur, quod actio sit voluntaria, & iniuriosa *Rico. in Prax. par. 1. ref. 479. & alij communiter.* Vnde si percussio, vel homicidium fiat ad sui defensionem cum moderamine inculpate tutelæ, vel ab amente, vel a puero usum rationis non habente, ecclesia non polluitur: quia huiusmodi actiones non sunt propriè iniuriosæ *Sylu. in ver. consecratio 2. n. 5. Bonacin. de matrim. q. 4. par. vit. n. 20. & alij apud Rico. loco cit. & apud Barbos. d. all. 28. n. 1. & 43. idem que dicendum est, si effusio seminis in somnjs fiat. Navar. d. cap. 27. numero 257.*

14 Quarto nõ sufficeret aliquarum guttarum sanguinis emissio, quia iura requirunt effusionem, quæ

largitatem denotat, ut post *fel. Pandr. d. Navar. d. cap. 27. n. 256. & alij, quos refert, & sequitur Barbos. in d. cap. tuarum n. 3. de Priuil.* verum hæc ratio non concludit, quia effusio non semper abundantiam significat; & ideo etiam per modicam sanguinis humani effusionem ecclesia polluitur, nisi forte esset vna, vel altera gutta, ut *d. Rico. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 261.* requiritur tamen percussio grauis, nam si leuis fuerit, non polluitur ecclesia, licet sanguis copiose effundatur; percussio enim, quæ ad mortalem culpam nõ sufficit, neque ad pollutionem ecclesie sufficiens erit, ut dicunt *Doctores apud Barbos. d. all. 28. n. 36.* vbi exemplificat in rixa puerorum.

## S. II.

An quilibet Sacerdos possit reconciliare ecclesiam pollutam.

15 **R**esp. quod reconciliatio ecclesie non consecrate potest fieri à solo Præsbytero, & cum aqua à seipso benedicta; si verò ecclesia fuerit consecrata, reconciliatio facienda est ab Episcopo, & cum aqua benedicta ab ipso; aut ab alio Episcopo *cap. aqua. & cap. fin. & ibi Doctores de Consecr. eccles. Nav. in man. d. cap. 27. n. 256. Bonacin. de matr. q. 4. par. vit. n. 20. & 27.* vbi etiam dicit, quod potest Episcopus, vel eius Vicarius dispensare, ut intentioni in ecclesia polluta celebretur. In dubio autem ecclesia non presumitur con-

secrata, ut constat ex cap. solemnitates de consecr. dist. 1. & idè tunc poterit à solo Sacerdote reconciliari glos. commun. recepta in c. ult. ver. lauetur de Consecr. eccles. hoc tamen intellige quoad ecclesias inferiores, non autem quoad Cathedraliam, quæ semper præsumitur consecrata: & idè à solo Episcopo erit reconcilianda Ricc. in Prax. et supra p. 1. ref. 479.

## S. III.

Cuius expensis reconciliatio Ecclesia polluta fieri debeat.

18 **R**esp quod debet fieri expensis eius, qui illam violavit, si certus sit; si verò violans nescitur, vel est pauper, reconcilianda est expensis Parochianorum Ricc. in collect. dec. 3264. p. 8. ubi verò adest in hoc particularis cõsuetudo, vel statutum, servari debet, ut d. idem Ricc. in collect. dec. 2247. p. 6.

## S. IV.

Quam pœnam incurrat celebrans in ecclesia polluta.

19 **A**lij dicunt, celebrantem in ecclesia polluta ante reconciliationem esse interdictum ab ingressu ecclesie, ita Lap. quem refert, & sequitur Sylv. ven. consecratio 2. n. 9. per. cap. Episcoporum de Privil. in 6. Alij censent, illum esse suspensum, ut Azor. & Graff. apud Bonacin. tract. de matrim. q. 4. pun. ult. num. 26.

Alij putant, celebrantem incur-

rere irregularitatem, ut d. Hostien. in cap. ult. de Consecr. dist. 1. quem refert Megal. var. ref. to. 2. reso. 168. nu. 16. & ita etiam sentire videtur Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. resol. 262. ubi dicit, Sacerdotem esse irregularem, si celebraret contra prohibitionem superioris, qui expressè interdiceret celebratione diuinorum in loco violato.

20 Verum licet in tali ecclesia ante reconciliationem diuina officia celebrari non possint, nec mortui sepeliri, ut in cap. vn. de consecr. eccles. in 6. tamen qui talia ageret, nullam ex dictis pœnis incurreret, cum non sit in iure expressa Megal. loco cit. n. 17. Nau. cap. 25. nu. 83. Bonacin. qui de communi testatur in tract. de matrim. d. q. 4. pun. ult. nu. 26. ubi citat Sayr. lib. 5. de cõsur. cap. 14. num. 36. Henric. lib. 9. capit. 27. num. 7. & alios. quia tamen hæc faciendo temerè agit cap. 11. qui de sent. excomm. in 6. idè potest suspendi iuxta cap. tuarum de Privil. vel alia pœna extraordinaria erit puniendus, ut d. Megal. d. ref. 168. n. 17. ubi alios refert.

## SUMMARIUM.


- 1 Ecclesia antiquam consecrationem quando amittat.
- 2 Quid si tectum ecclesie corruerit.
- 3 Et quid si parietes ecclesie paulatim per partes decidant, & paulatim reparantur.
- 4 An cæmeterium violetur per parietum reparationem, vel constructionem.
- 5 Ecclesia consecrata iterum con-

Q 2 sec.

- secranda non est, sed reconci-  
lianda.
6. A quo reconcilianda sit, si pollua-  
tur ibid.
7. An ante reconciliationem possint  
in tali ecclesia celebrari divina  
officia.
8. Altare si semel violetur, est ite-  
rum consecrandum.
9. Quomodo altare execratur, &  
num. 9.
10. Execrata ecclesia non execratur  
altare, polluta tamen ecclesia al-  
tare etiam censetur pollutum, &  
quomodo hoc intelligatur.
11. Calix, & patena quando exe-  
crantur, & nu. 12.
12. An si stola fiat de planeta bene-  
dicta, debeat iterum benedici.  
Quid si de stola fiat manipulus.  
Ibidem.
13. Quid si sacerdos bona fide cele-  
bravit cum calice, aut patena  
non consecrata, vel cum vestime-  
ntis nondum benedictis.
14. An Abbates regulares possint be-  
nedicere campanas, calices, cor-  
poralia, & vestes ad usum ec-  
clesiarum sibi non subiectarum.

## CAP. VLT.

Quibus modis consecratio, & be-  
nedictio amittitur.

1. cclesia antiquam  
consecrationem tunc  
amittit, si totum æ-  
dificium siue casu  
fortuito, siue con-  
sulto in totum destruat  
tectum, & parietes, ut d. glos. con-

muniter recepta in cap. de fabrica  
ver. innouata de consecr. dist. 1. idē-  
que dicendum, si corruat maior  
pars ecclesie glos. in cap. proposui-  
sti ver. reconciliari de consecr. eccl.  
Pias. in Prax. Episc. par. 1. cap. 5.  
num. 4. Barbof. de offi. & pot. Episc.  
par. 2. all. 27. num. 13. aut si parie-  
tes ecclesie ab igne in totum,  
vel in maiori parte combusti fue-  
rint cap. ecclesijs ubi glos. in ver.  
exusta de Consecr. dist. 1. glos. in d.  
cap. proposuisti Sylu. in ver. conse-  
cratio 2. num. 4. quando scilicet  
ita comburantur, vt destruantur,  
vel decrustentur, consecratio enim  
ecclesie inest in Cruſta parietum,  
vbi linthio, & cruce sunt, vt post  
glos. in d. cap. ecclesijs d. Sylu. docet.  
& alij apud Barbof. d. all. 27. nu. 13  
& 38.

2. Hoc tamen non procedit, si so-  
lum tectum corruerit, aut com-  
bustum sit integris, aut illaſis re-  
manentibus parietibus, vel in to-  
tum, vel pro maiori parte; tunc  
enim ecclesia execrata non cen-  
setur cap. ligneis ubi glos. de Con-  
secr. eccl. etiam si aliqua pars pa-  
rietum consumpta fuerit, dum-  
modo modica sit glos. in d. cap. pro-  
posuisti ver. reconciliari eod. titul.  
quod arbitrio Episcopi relinqui-  
tur, vt post Host. dicit Pias. d. p.  
1. cap. 5. num. 4.

3. Secundò neque eſſet reconse-  
cranda ecclesia, si parietes pau-  
latim per partes decidant, & pau-  
latim reparentur, etiam si cursu  
temporis vniuersa materia, quæ  
antea erat, modo non extet, sed  
noua in totum superuenerit; hoc  
enim casu ad summum aquæ tan-  
tum

eum benedicta aspersione esset exorcizanda *glos. in d. c. proposuisti ver. reconciliari, & in d. cap. de fabrica ver. innouata Sylu. loco cit. n. 4. vers. tertius est Barbof. d. par. 2. all. 27. nu. 19.* dicitur enim semper eadem Ecclesia, sicut Populus censetur semper idem, licet aliqui nascantur, & moriantur alij; & idem patet de eodem animali, cuius partes continue corumpuntur per calorem naturalem, & generantur per potentiam nutritiuam, *ut notatur in l. proponebatur ff. de Iudic.*

Hoc tamen intellige, quando pars addita est minor: secus si modice parti parietis ecclesie consecrata addatur magna pars, quia pars maior non trahitur ad formam partis minoris, sed e contrario *Azor. par. 2. lib. 9. c. 4. quaest. 6. quem refert, & sequitur Barbof. d. all. 27. num. 19.*

4. Tertiò cœmeterium nunquam violatur per parietum reparationem, aut eorum constructionem, vel diruptionem, *ut d. Sylu. in ver. consecratio 2. nu. 6. in fin.*

5. Quartò si ecclesia iam consecrata polluatùr, iterum consecranda non est, sed reconcilianda per proprium Episcopum, aut alium Episcopum de ipsius licentia *cap. proposuisti de consecr. eccl. si verò ecclesia consecrata non fuerit, poterit simplex sacerdos ipsam reconciliare cum aqua à se ipso benedicta absque alia Episcopi licentia cap. si ecclesia eod. tit. & dicunt DD. apud Dian. par. 4. tr. 4. ref. 91.*

6. Addit Piafec. d. p. 1. cap. 5. nu. 5.

quod vbi reconciliatio haberi non posset per Episcopum, potest Ecclesia polluta lauari aqua exorcizata, & ibidem interim celebrari, donec reconcilietur per Episcopum *per text. in d. cap. si ecclesi. de consecr. eccl. si.*

7. Si verò altare semel violetur, non reconciliatur amplius, sed iterum est consecrandum siue fixo solo fixum, siue portatile *Piafec. loco cit. d. cap. 5. nu. 8. vers. violetur altare.*

8. Sed quæres, quomodo altare execratur? *Resp.* quod altare tam fixum, quam portatile execratur, si fuerit enormiter lesum, vel sigillum, sub quo reliquie condantur, frangatur: vel si lapis, sub quo sunt reliquie, amoueat *Sylu. in ver. altare num. 6. Barbof. d. par. 2. all. 27. num. 25. & seq.* vbi etiam notat, quod sublatis reliquijs altare execratum censetur, quia in altaris consecratione reliquie sunt ponendæ; id autem relinquitur iudicio Episcopi, qui ex re oculis subiecta facilius dignoscere potest, num violatio sequuta sit, vel non *Sylu. & Piafec. locis proximè cit.*

9. Præterea altare fixum execratur, si mota fuit iunctura, qua mensa stipiti adhæret: vel si quid de lapidibus stipitis tangens ipsam mensam moueatur: quia consecratio altaris præsertim intelligitur esse in coniunctione mensæ, scilicet lapidis superioris, & structure inferioris *glos. in cap. si motum de consecr. dist. 1. Sylu. in ver. altare num. 6. Barbof. d. all. 27. num. 26. idem dicendum, si mensa.*

sa principalis altaris de loco moueatur, si sit affixa altari; secus si mensa huiusmodi nunquam fuit affixa, sed solum supraposita altari; tunc enim ea mota cum sibi adherentibus non execratur altare, quia ipsa mensa tunc est altare portatile, quod de vno loco ad alium deferri potest sine execratione illius glos. in d. cap. si motum Syllu. in ver. altare num. 7.

10 Sed obserua, quod execrata ecclesia non execratur altare, quia consecratio ecclesie consistit in parietibus, & separata est a consecratione altaris, vt dicunt DD. apud Barbos. d. p. 2. all. 27. nu. 26. polluta tamen ecclesia altare etiam pollutum censetur, quia pollutio concernit totum corpus ecclesie Syllu. in ver. altare vers. fin. vbi hoc intelligit de altare stabili, non autem de portatili.

11 Similiter calix, & patena execrantur, si amittant formam suam, vel si notabiliter frangantur ita vt non possint inseruire ad vsum praefixum Syllu. in ver. calix num. 2. & alij communiter; idemq. dicendum est de vestibus sacris, vt de Amictu, Alba, cingulo, manipulo, stola, & castula, vt d. idem Syllu. in ver. benedictio num. 6. Lezan. in Sum. to. 4. ver. vestes sacrae num. 5. quoniam vero censetur notabilis fractio, remittitur arbitrio Episcopi, vt supra diximus.

12 Item consecrationem amittunt, quando deaurata sunt, & iterum postea deaurantur: tunc enim iterum debent consecrari, quia consecratio calicis, & patenae fit praecipue propter contactum cor-

poris, & sanguinis Christi Domini: posita autem noua deauratione contactus non potest fieri in parte consecrata, cum aurum additum non sit consecratum Azor. instit. mor. par. 1. lib. 10. cap. 28. q. 4. Vgolin. de Potes. Episc. cap. 3. n. 3. vers. 2. Reginald. in Prax. for. poen. lib. 29. num. 199. & alij quos refert, & sequitur Barbos. d. par. 2. all. 27. num. 38. & haec est communis opinio: alij tamen contrarium sentiunt, quia illa noua deauratio censetur consecrata eo ipso quo consecratae additur, ita tenet Layman. in Theolog. mor. lib. 5. tr. 5. c. 6. num. 7. Coninch. de Sacram. q. 83. art. 3. dub. 3. num. 246. quos refert Dian. par. 2. tr. 1. ref. 3. quibus adde Syllu. in ver. Calix. nu. 2. vbi dicit, consecrationem ita esse in superficie auri, vt etiam remaneat in argento, praesertim cum aurum subtiliter in calice circumponatur; vnde per nouam deaurationem non execratur; quemadmodum neque ecclesia per dealbationem; quare haec opinio mihi probabilis videtur, & tuta in praxi.

13 Ex dictis sequitur, quod si stola fiat de planeta benedicta, debet iterum benedici; quia tunc forma mutatur, vt d. Fusc. & Vgolin. apud Barbos. d. p. 2. all. 27. n. 45. secus si de stola fiat manipulus, vel de manipulo stola, tunc enim iterum non benedicuntur, quia non videntur differre in forma, nisi quod vnum est altero breuius Syllu. in ver. benedictio n. 6. Lezan. in Sum. tom. 4. ver. vestes sacrae n. 6. & est communis.

14 His adde, quod si Sacerdos bona

bona fide celebrauerit cum calice, aut patena non consecrata, aut cum uestimentis nondum benedictis, poterunt alij Sacerdotes cum iisdem rebus ritè celebrare: quia per primam celebrationem bona fide factam consecrata, seu benedicta remanserunt; quemadmodum ecclesia polluta censetur reconciliata, si in ea bona fide ab aliquo Sacerdote celebratum est, *vt dicunt DD. quos refert, & sequitur Dian. p. 1. tr. 14. ref. 69.*

35 Quæres, an Abbates regulares possint benedicere campanas, calices, corporalia, & uestes ad usum alterius loci, quam propriij monasterij? Resp. negatiuè *per capit. Abbates iuncta glos. in ver. tonsuram de Priuileg. in 6. nisi habeant specialia priuilegia, quibus Concilium Tridentinum nequaquam derogasse resoluit Sacr. Cong. die 10. Nouembris 2614. teste Dian. p. 3. tr. 2. de Dubijs Regul. ref. 15. & notat etiam Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 2. d. all. 27. num. 36. vbi refert, huiusmodi priuilegium fuisse ab Innocentio VIII. anno 1489. ad petitionem Ioannis Abbatis Cisterciensis concessum illi, & quatuor primis Coabbatibus eius. Refert etiam Sorb. in ver. Benedicere, eundem Pontificem anno 1487. concessisse Prioribus Congreg. S. Iustine, & Vicarijs in absentia Priorum, & cuiuslibet ha-*

benti principale regimen cuiuscunq. monasterij, vt benedicere, possint corporalia, uestimenta, cæteraq. ornamenta ecclesiastica ad cultum diuinum pertinentia, tam pro vsu propriij monasterij, quam aliarum ecclesiarum.

An verò aliæ Religiones participantes frui possint huiusmodi priuilegio? negat Ludou. Mirand. *quem refert, & sequitur Barbof. d. par. 2. all. 27. num. 36. Dian. par. 3. tr. 2. ref. 15. in fin.* Sed quoad corporalia, & uestimenta, & alia ornamenta ecclesiastica, in quibus vnctio non requiritur, affirmat Sorb. *loco cit.* ita etiam posse Abbates, & alios Prælatos regulares ex cõsuetudine legitimè præscripta benedicere corporalia, atque alia paramenta etiam ecclesiæ nõ suæ, in quibus similiter vnctio nõ requiritur, tenet Syllu. *in ver. benedictio num. 5. vbi etiam subdit, quod ex vi huiusmodi consuetudinis non possunt benedicere calicem, quia hæc benedictio ratione vnctionis est ordinis episcopalis, & ideo præscribi nequit cap. aqua de Consecr. Eccles.*

Obserua tamen quod Sacr. Cõgregatio Prælati Regularibus prohibuit, nè possint benedicere paramenta ecclesiarum sibi non subiectarum, etiam si adsit consuetudo in contrarium, *vt refert Dian. d. p. 3. tr. 2. ref. 40.*

Finis Libri Primi.



